

TESTO E TRADUZIONE

SYNODUS

PREFATIO SYNODI

Versibus emensis his auctor, basiliensis
Vir quidam, clerum paritates querere rerum
Ammonuit primus, Domino quas indice scimus,
Rerum priscarum brevis editor atque novarum,
Non veteri more, sed eas scribendo canore 5
Et quasi certantes ponendo duos modulantes.
Res ab eis iuncte titulatur in ordine cuncte,
Iudice matrona dare que solet optima dona.
Ut nomen noris, laudator, compositoris,
Sensim primarum seriem coniunge notarum. 10

LOCI PARALLELI

1 praef. versibus: cfr. Walahfr. *carm.* 45 (*versibus atque metris*) / Tatw. *aenigm. concl.* 1 (*versibus intextis*) / Karolellus 1 (*versibus exametris insignia gesta virorum*). **2 praef. paritatem:** cfr. Hild. *Cen. ord.* 509 (*spiritus amborum paritate refulget honorum*). **2 praef. querere rerum:** cfr. Lucr. 4, 969 (*nos agere hoc autem et naturam quaerere rerum*) / Marbod. *carm.* 1, 38, 9 (*ergo debemus naturam quaerere rerum*). **3 praef. indice scimus:** cfr. Hild. *Cen. ord.* 44 (*iste cruor primus Genesi velut indice scimus*). **5 praef. canore:** cfr. Hild. *Cen. misc.* 45, 46 (*ut fuerant solitae redeunt non absque canore*). **6 praef. modulantes:** cfr. Metell. *ecl.* 8, 122 (*cantica signantes ymnosque Deo modulantes*). **7 praef. ordine cuncte:** cfr. Lucr. 1, 589 (*usque adeo variae volucres ut in ordine cunctae*) / Stat. *Theb.* 5, 448 (*mentibus insinuat certatimque ordine cuncte*). **8 praef. optima dona:** cfr. Donizo 1, 1083 (*Aecclesiae quorum solito dabat optima dona*).

SYNODUS

Prefazione

Con questi versi di eguale misura, l'autore, un uomo di Basilea,
per primo ha invitato il clero a ricercare la corrispondenza
di quegli eventi, che noi conosciamo per rivelazione del Signore.

Egli ha dato alla luce un piccolo poema sui fatti dell'Antico e del Nuovo Testamento,
non secondo la vecchia maniera, ma componendo in modo musicale, 5
facendo cantare due personaggi, come in una gara.

Essi elencano tutte le vicende in successione l'una accanto all'altra;
loro giudice è una donna, che solitamente concede ottime ricompense.

E tu, o lettore che apprezzi, perché conosca il nome del poeta,
congiungi e metti in fila, l'una dopo l'altra, le lettere iniziali. 10

I

SOPHIA

Iam calor estivus, fervente leone nocivus,
transiit; Augusti finis dat pocula musti.
Campis detectis et pomis arbore lectis,
undique potatur contractaque cura fugatur.
Nos quoque, letantes dum sustinet herba cubantes 5
ramis protectos esca potuque refectos,
condelectemur verbisque sacris recreemur.
Thlepsi vetustarum memor, et, Neocosme, novarum,
ambo scii rerum cantantes dicite verum,
dicite cantantes, que dicitis equiperantes. 10

THLEPSIS

Mente iubes dia que precipis, alma Sophia.
Factor celorum Deus et firmator eorum
nos modo confortet, quod vis faciamus, oportet.
Hoc monet, ut dicis, in cunctis copia vicis,
et non tam fortis calor herbaque mollis in hortis. 15
Assensum prebe dictis his, pulcher ephebe,
otia nostra bonis dent exemplum rationis.

NEOCOSMOS

Fiat, dicamus nec inertes hic iaceamus!
Servo seni morem, minor expectans seniore,
cui respondebo ceu congrua queque videbo. 20

SOPHIA

Fatur prudenter, fiant res queque decenter.
Firmis te sepsi rationibus; incipe, Thlepsi,
ac titulos rerum numero conferte dierum.

LOCI PARALLELI

2. pocula musti: cfr. *Carm. anon.* 18, 8 (*sumite nunc laeti presentis pocula musti*). **3. pomis arbore:** cfr. *Verg. ecl.* 1, 37 (*Cui pendere sua patereris in arbore poma*) e 7, 54 (*Strata iacent passim sua quaeque sub arbore poma*) / *Ov. met.* 4, 331 (*hic color aprica pendentibus arbore pomis*) / *Calp. ecl.* 2, 72-73 (*Qui numerare uelit quam multa sub arbore nostra / Poma legam, tenues citius numerabit harenas*). **7. condelectemur:** cfr. *Bald. Bourg.* 129, 6 (*condelectemur letum quoque tempus agamus*). **10. equiperantes:** cfr. *Ov. Pont.* 2, 2, 94 (*et ducis ore deos aequiperante frui*) / *ibidem* 2, 5, 44 (*ingenio mores aequiperante places*) / *Opt. Porf. carm.* 20, 13 (*dimidium numero Musis tamen aequiperantem*) / *Regin. Cant. carm.* 29, 42 (*lilia cum violis, iubar equiperantia solis*).

I

SOFIA

E già il caldo dell'estate, dannoso per l'infuocata costellazione del Leone,
è passato; Agosto, sul finire, ci offre il mosto nelle tazze.

Quando i campi sono spogli e si sono raccolti i frutti dagli alberi,
da ogni parte si beve e si scaccia l'ansia che ci si è procurati.

Anche noi, gioiosi, finché, sdraiati, ci accoglie l'erba, 5
protetti dalle fronde e ristorati dal mangiare e dal bere,
insieme possiamo essere confortati ed allietati da sante parole.

O Tlepsi, memore dei fatti antichi, e tu, o Neocosmo, di quelli nuovi,
entrambi conoscitori delle imprese bibliche, diteci il vero con il canto,
dite con il canto quei fatti che voi cantate ponendovi sullo stesso piano. 10

TLEPSI

Ciò che ci ordini di fare ce lo comandi per volere divino, o Sofia veneranda.

Convieni che Dio, che ha creato e consolidato i cieli,
adesso ci dia la forza, affinché noi facciamo ciò che tu desideri.

A ciò ci esortano, come tu dici, l'abbondanza di frutti in tutti i poderi,
il caldo non tanto pungente e la morbida erba nei giardini. 15

Offri il tuo assenso a queste parole, o bel giovane,
i nostri passatempi diano ai buoni un esempio di condotta.

NEOCOSMO

Sia così! Recitiamo pure, non stiamocene qui senza far nulla!

Ho rispetto per l'anziano: io che sono più giovane dò la precedenza a chi è più vecchio,
e a lui replicherò con quelle parole che mi sembreranno corrispondenti. 20

SOFIA

Parla saggiamente. Che il racconto di ogni avvenimento si faccia in modo conveniente.

Ti ho fornito regole certe; comincia, tu, Tlepsi,

e fate coincidere i versi di ciascuna storia con il numero dei giorni della settimana.

LOCI PARALLELI

13. confortet: attestato nel senso di "consolare" soltanto nel latino ecclesiastico. Cfr. *Itala*, Gn 49, 24 (*inde qui confortavit Israel*, [Settanta: κατισχύσας]) / *Itala*, Dt 2, 30 (*confortavit cor eius* [Settanta: ἐσκλήρυνε, *Vulgata: obfirmaverat*]) / *Vulgata*, Lc 1, 80 (*puer autem crescebat et confortabatur spiritu*) / Hild. Cen. *Machab.* 442 (*Iesus confortans populum, requiemque reportans*). **16. pulcher ephebe:** cfr. *Carm. Sus.* 1, 73 (*ecce fugit, dixere senes, hinc pulcher ephebus*).

THLEPSIS *de Adam sexta luce creato.*

Sexta luce Deus, ceu scriptor narrat Hebreus,
Formavit castum mentisque mere prothoplastum. 25

Ade plasmato subitoque sopore gravato
una subtracta de costis femina facta
constitit ante virum; satis hoc opus estimo mirum.
Hi sunt temptati causis tribus et superati.
Heu! Se perdentes cunctos fecere nocentes. 30

NEOCOSMOS *de Christo sexta aetate incarnato.*

Etas sexta pie clauso de ventre Marie
vidit prolatum sine tempore de patre natum
Christum, virtutem patris mundique salutem.
Hunc ter temptavit Satanus, sed non superavit.
In cruce suspensus et mundum corpore mensus 35
mortem destruxit proprioque cruore reduxit
ecclesiam lotam per bis duo climata totam.

E BIBLIA SACRA VULGATA FONTES

24. cfr. **Gn 1, 31** (*viditque Deus cuncta quae fecit et erant valde bona et factum est vespere et mane dies sextus*). **25.** cfr. **Gn 1, 27** (*et creavit Deus hominem ad imaginem suam ad imaginem Dei creavit illum masculum et feminam creavit eos*). **26-28a.** cfr. **Gn 2, 21-22** (*inmisit ergo Dominus Deus soporem in Adam cumque obdormisset tulit unam de costis eius et replevit carnem pro ea et aedificavit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam in mulierem et adduxit eam ad Adam*). **29.** cfr. **Gn 3, 4-5** (*dixit autem serpens ad mulierem nequaquam morte moriemini scit enim Deus quod in quocumque die comederitis ex eo aperientur oculi vestri et eritis sicut dii scientes bonum et malum*). **30.** cfr. **Gn 3, 17b** (*maledicta terra in opere tuo*) / **Rm 5, 12** (*propterea sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit et per peccatum mors et ita in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccaverunt*). **32b-33.** cfr. **Lc 2, 11** (*quia natus est vobis hodie salvator qui est Christus Dominus in civitate David*). **34.** cfr. **Mt 4, 3; 6; 9** (*et accedens temptator dixit ei si Filius Dei es dic ut lapides isti panes fiant; et dixit ei si Filius Dei es mitte te deorsum; et dixit illi haec tibi omnia dabo si cadens adoraveris me*). **35-37.** cfr. **Col 1, 20** (*et per eum reconciliare omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius sive quae in terris sive quae in caelis sunt*).

Ecl. Theod. 41-44

*Incola primus homo fuit in viridi paradiso,
coniuge vipereum donec suadente venenum
hausit eo cunctis miscendo pocula mortis
sensit adhuc proles, quod commisere parentes.*

TLEPSI (*Adamo creato nel sesto giorno*)

Nel sesto giorno Dio, come narra lo scrittore ebreo,
creò il primo essere umano casto e di mente pura. 25

Adamo, non appena fu creato, fu sopraffatto da un sonno improvviso,
e da una delle costole a lui sottratta, fu formata la donna.
Essa si trovò davanti all'uomo. Giudico quest'opera assai meravigliosa.
Questi furono tentati in tre modi diversi e furono sconfitti.
Ahimè! Portando alla rovina se stessi, resero tutti colpevoli. 30

NEOCOSMO (*Cristo incarnato nel corso della sesta età*)

La sesta età, dal ventre verginale di Maria, timorata di Dio,
vide venire alla luce Cristo, nato dal Padre sin dall'eternità,
quale virtù del Padre e salvezza del mondo.
Tre volte lo tentò Satana, ma non lo sconfisse. 35
Appeso alla croce, abbracciò il mondo con il suo corpo,
distrusse la morte e guidò tutta la Chiesa,
purificata per mezzo del suo sangue, per le quattro regioni del mondo.

LOCI PARALLELI

24. sexta luce: cfr. Mar. Victor *aleth.* 1, 194 (*auctor adhuc hominem sexta sic luce figurat*) / Drac. *laud. dei* 1, 117 (*per tot facta dies, quem sexta luce creavit*) / Hild. Cen. *oper.* 6, 1 (*sexta luce deo produxit terra iubente*). **24. hebreus:** cfr. Arator *act.* 2, 810 (*aedificasse Noe, quem Iustum dicit Hebraeus*) / Hild. Cen. *inscr.* 1, 56, 28 (*nunc omnino reus fiat confusus Hebraeus*) / Pietr. Riga *Aurora recap.* 195 (*sunt duo vectores botri gentilis Hebraeus*). **25. prothoplastum:** cfr. Bern. Clun. *octo vit.* 520-521 (*nos prothoplastus dape stravit, nos lue fastus, / qui pomo pastus amisit homo fore castus*). **27. femina facta:** cfr. Hild. Cen. *oper.* 6, 52 (*subditur his quod mas fuerit et femina facta*) / *ibidem* 6, 54 (*et fuit ex costa femina facta maris*). **29. causis tribus:** cfr. Ov. *epist.* 10, 120 (*prodita sum causis una puella tribus*). **31. clauso de ventre:** cfr. Petr. Dam. 2, 1, 4, 3-4 (*quo circuitur aether, / puellae clausit venter*). **32. sine tempore de patre natum:** cfr. Hrotsv. *Theoph.* 299-300 (*ex patre caelesti Christum sine tempore natum, / temporibus nostris missum de sede parentis*) / Ps. Ovid. *mutat.* 395 (*vidi multotiens ego de patre paupere natum*). **35. corpore mensus:** cfr. Stat. *Theb.* 8, 577 (*mox ignotum armis ac solo corpore mensus*). **37. climata totam:** Fulc. *nupt.* 6, 137 (*totam perlustrat nec mundi climata lustrat*).

THLEPSIS *de Abel foris occiso.*

Ex Adam natis non equa mente paratis
intima scrutanti libamina ferre Tonanti
dum fruges unus daret, alter de grege munus, 40
munus aratoris spernens, agnum melioris
inspexit grate qui gaudet simplicitate.
Livor turbavit Cain fratremque necavit
fraude foras ductum; fert sanguis ad ardua luctum.

NEOCOSMOS *de Stephano extra urbem lapidato.*

Mistica sacrorum Iudei scripta librorum 45
dum non scrutantur terre fructus operantur.
Hos reprehendebat Stephanus pius atque docebat
esse Deo gratum super omnia cor tribulatum.
Invidia mota rapit illum contio tota,
nec mora dampnatur tractusque foras lapidatur. 50
Qui tumulant sanctum tollunt ad sidera planctum.

E BIBLIA SACRA VULGATA FONTES

39. cfr. **Ps 7, 10b** (*et scrutans corda et renes Deus*) / **Ier 17, 10a** (*ego Dominus scrutans cor et probans renes*) / **Apc 2, 23** (*quia ego sum scrutans renes et corda*). **40.** cfr. **Gn 4, 3-4a** (*factum est...ut offeret Cain de fructibus terrae munera Domino; Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui et de adipibus eorum*). **41-42a.** cfr. **Gn 4, 4b-5a** (*et respexit Dominus ad Abel et ad munera eius, ad Cain vero et ad munera illius non respexit*). **43-44.** cfr. **Gn 4, 5b** (*iratusque est Cain vehementer et concidit vultus eius*) / **Gn 4, 8** (*dixitque Cain ad Abel fratrem suum egrediamur foras; cumque essent in agro consurrexit Cain adversus Abel fratrem suum et interfecit eum*) / **Gn 4, 10b** (*vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra*). **45-46.** cfr. **Act 7, 53** (*vos...qui accepistis legem in dispositionem angelorum et non custodistis*). **47-48.** cfr. **Act 7, 51a; 52a** (*dura cervice et incircumcisi cordibus et auribus; quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri?*). **49-50.** cfr. **Act 7, 54** (*audientes autem haec dissecabantur cordibus suis et stridebant dentibus in eum*) / **Act 7, 56b-57a** (*et impetum fecerunt unanimiter in eum et eicientes eum extra civitatem lapidabant*). **51.** cfr. **Act 8, 2** (*curaverunt autem Stephanum viri timorati et fecerunt planctum magnum super illum*).

Ecl. Theod. 57-60

*Immolant ante Deum Cain de semine frugum
Frater Abel iustus dedit acceptabile munus
Sponte ferens agnum – talis decet hostia Christum –
Ense cadit fratris; loquitur post funera mortis.*

TLEPSI (*Abele ucciso fuori in campagna*)

Tra i figli di Adamo, che si accingevano in modo diverso
a portare doni votivi a Dio che tuona dall'alto e che scruta nell'intimo,
uno offrì i frutti della terra, l'altro invece una primizia del gregge. 40
Dio, che si compiace delle cose semplici, non gradì il dono del contadino
e guardò con favore l'agnello, giudicandolo migliore.
L'invidia turbò Caino, e questi uccise il fratello, dopo averlo condotto
fuori in campagna con l'inganno; il sangue versato fece piangere il cielo.

NEOCOSMO (*Stefano lapidato fuori dalla città*)

I Giudei, fino a quando non comprendono appieno 45
le parole profetiche dei libri sacri, compiono le opere del mondo.
Costoro ammoniva il pio Stefano ed insegnava loro
che un animo perseguitato è gradito a Dio sopra ogni cosa.
Suscitata l'invidia, tutta l'assemblea lo trascinò via;
subito fu condannato e, condotto fuori dalla città, fu lapidato. 50
Quelli che seppellirono il santo innalzarono al cielo il loro pianto.

LOCI PARALLELI

38. mente paratis: cfr. Damas. *epigr.* 84, 2 (*omnibus impensis devota mente parati*) / Hrotsv. *Gong.* 545 (*in sanctum Domini non iusta mente parati*) / Fulc. *nupt.* 1, 441 (*Filius optatus cupienti mente paratus*). **39. libamina ferre:** cfr. Petr. *Pict.* 2, 545 (*tales digna Deo libamina ferre merentur*). **43. fratremque necavit:** cfr. Ov. *epist.* 10, 117 (*dextera crudelis, quae me fratremque necavit*). **45. scripta librorum:** cfr. Warner. *Paracl.* 799 (*nam paganorum nihil ad vos scripta librorum*). **48. cor tribulatum:** cfr. Judas 1, 182 (*se recolit natum Cyboree. Cor tribulatum*). **50. nec mora:** cfr. Verg. *aen.* 5, 458 (*Nec mora nec requies: quam multa grandine nimbi*) / Ov. *met.* 1, 717 (*Nec mora, falcato nutantem uulnerat ense*) / Calp. *ecl.* 2, 27 (*Nec mora: decernunt digitis, prior incipit Idas*) / Stat. *Theb.* 1, 310 (*Nec mora, sublimis raptim per inane uolatus*). **51. ad sidera planctum:** cfr. Walt. *Spir. Scol.* 3, 153 (*quamvis praecipuum tollas ad sidera planctum*) / *ibidem* 5, 104 (*emisit talem supplex ad sidera planctum*).

THLEPSIS *de translatione Enoch et Helie.*

Enoch translatus vivaci prole beatus
gaudet in occulto, positus iam tempore multo.
Inter peccantes peccataque multiplicantes
non declinavit, sed rectum semper amavit, 55
mundum perdentis completa propago parentis.
Raptus adhuc vivit mortalis sicut abivit,
ut pro Messia pugnet comitatus Helia.

NEOCOSMOS *de assumptione Sancte Marie et Johannis Baptiste*

Germine vitali partuque micans speciali
dicta maris stella scandit super astra puella, 60
qua fruitur meta Domini generatio leta.
Multi sublatam credunt in carne levatam,
quod tamen occultum nimis est inquirere stultum.
Hec ope Baptiste terit adversos tibi, Christe,
ille prophetando tibi testis et hec generando. 65

E BIBLIA SACRA VULGATA FONTES

52. cfr. **Sir 44, 16** (*Enoch placuit Deo et translatus est in paradiso*) / **Gn 5, 24** (*ambulavitque cum Deo et non apparuit quia tulit eum Deus*) / **Hbr 11, 5a** (*fide Enoch translatus est ne videret mortem et non inveniebatur quia transtulit illum Deus*) / **Gn 5, 22** (*genuit Mathusalam [...] et genuit filios et filias*) / **Gn 5, 25** (*vixit quoque Mathusalam centum octoginta septem annos*). **54-55.** cfr. **Sap 4, 10-11** (*placens Deo factus dilectus et vivens inter peccatores translatus est raptus est ne malitia mutaret intellectum illius*). **58.** cfr. **IV Rg 2, 11** (*cumque pergerent et incedentes sermocinarentur ecce currus igneus et equi ignei diviserunt utrumque et ascendit Helias per turbine in caelum*) / **I Mcc 2, 58** (*Helias dum zelat zelum legis receptus est in caelum*). **59a.** cfr. **Is 11, 1** (*et egredietur virga de radice Iesse et flos de radice eius ascendet*). **59b-60.** cfr. **Apc 12, 1-2** (*et signum magnum paruit in caelo mulier amicta sole et luna sub pedibus eius [...] et in utero habens*) / **Ps 44, 14** (*omnis gloria eius filiae regis ab intus in fimbriis aureis circumamicta varietatibus*). **64.** cfr. **Mt 14, 1-2** (*hic est Iohannes Baptista ipse surrexit a mortuis et ideo virtutes inoperantur in eo*) / **Mc 6, 14** (*Herodes [...] dicebat quia Iohannes Baptista resurrexit a mortuis et propterea inoperantur virtutes in illo*) / **Lc 9, 7** (*Herodes [...] haesitabat eo quod diceretur a quibusdam quia Iohannes surrexit a mortuis a quibusdam vero quia Helias apparuit*). **65.** cfr. **Mt 3, 2** (*paenitentiam agite adpropinquavit enim regnum caelorum*).

Ecl. Theod. 65-68

*Enoch iustitiae polluto cultor in orbe,
Raptus de terra nulli comparuit ultra,
iudicis adventum fidens athleta secundum;
Leviathan contra socio praecedet Helia.*

TLEPSI (*Enoch ed Elia trasportati in cielo*)

Enoch, trasportato in cielo, per la sua longeva discendenza
gioisce beato nel mistero, dove riposa già da molto tempo.
Non si confuse nella mischia dei peccatori e di quelli che
moltiplicavano i loro peccati, ma amò sempre ciò che è giusto 55
e diede una piena discendenza al genitore che mandò in rovina il mondo.
Rapito, ancora vive come quando andò via nel suo corpo mortale,
per combattere insieme ad Elia in favore del Messia.

NEOCOSMO (*l'assunzione di Santa Maria e di Giovanni Battista*)

Risplendente per il germoglio della vita e per il figlio straordinario,
una fanciulla, chiamata “stella del mare”, ascende al di sopra della stelle: 60
di questo traguardo gode, felice, la discendenza del Signore.
Molti credono che sia stata rapita ed innalzata al cielo nella carne,
cosa che tuttavia è avvolta nel mistero ed è assai da stolti indagarla.
Costei, con l'aiuto del Battista, schiaccia i tuoi avversari, o Cristo;
questi ti ha reso testimonianza con la profezia, quella generandoti. 65

LOCI PARALLELI

52. Enoch translatus: cfr. Milo *sobr.* 1, 438 (*Enoch cum Domino gradiens translatus in Eden*) / Odo Clun. *occup.* 4, 102 (*Est translatus Enoch ad eum, quem mente trahebat*). **53. gaudet in occulto:** cfr. Warner. *synod.* 159 (*Clausus in occulto metuens, pastore sepulto*). **56. propago parentis:** cfr. Ven. Fort. *carm.* 6, 3, 5 (*Sed quamuis niteat generosa propago parentum*) / Odo Clun. *occup.* 2, 242 (*Argue degenerem generosa propago parentem!*). **60. maris stella:** cfr. Ven. Fort. *carm. app.* 9, 1 (*Ave maris stella*) / Adam Vict. *carm.* 33, 1, 3 (*Quae vocaris stella maris*). **60. scandit super astra:** cfr. Alcuin. *carm.* 1, 679 (*Spiritus alta petens scandit super astra polorum*). **62. sublatam credunt:** cfr. Flod. *Ital.* 11, 11, 67 (*Quae sublata putat popularis credulus aurae*). **64. tibi, Christe:** cfr. Marbod. *Mauril.* 2, 40 (*Tempore Baptistae summus Pater et tibi, Christe*).

SOPHIA

Apte iunxisti, iuvenis, quos os quoque Christi
nomine coniunxit, quos eque Spiritus unxit.
Nam Baptista vias parat in populis ut Helias,
hic vite portum memorans summi Ducis Ortum.
Alter censuram sua premia cuique daturam. 70
Ambo sincere legem Domini coluere,
angelice vite sectatores heremite,
ambos oderunt meche quas corripuerunt.
Nec reprobo dictum cunctis dubitare relictum,
si manet in celis cum corpore virgo fidelis. 75
Hoc ignoratum nullus putet esse reatum,
quicquid scire dedit sacra pagina si bene credit.
Ille fide nutat quisquis sacra scripta refutat;
scriptaque discernit bene quisquis apocrypha spernit.
Pergite narrando vos, assit pneuma iuvando. 80

E BIBLIA SACRA VULGATA FONTES

66-67. cfr. **Mt 11, 14** (*et si vultis recipere ipse [sc. Iohannes] est Helias qui venturus est*) / **Mt 17, 12-13** (*dico autem vobis quia Helias iam venit et non cognoverunt eum [...] tunc intellexerunt discipuli quia de Iohanne Baptista dixisset eis*) / **Mc 9, 12** (*sed dico vobis quia et Helias venit et fecerunt illi quaecumque voluerunt*) / **Lc 1, 17** (*et ipse [sc. Iohannes] praecedet ante illum in spiritu et virtute Heliae*). **68.** cfr. **Mt 3, 3** (*vox clamantis in deserto parate viam Domini rectas facite semitas eius*) / **Mal 4, 5-6** (*ecce ego mittam vobis Heliam prophetam antequam veniat dies Domini magnus et horribilis et convertet*). **69.** cfr. **III Reg. 17, 22** (*exaudivit Dominus vocem Heliae et reversa est anima pueri huius intra eum et revixit*) / **III Reg 18, 44** (*in septima autem vice ecce nubicola parva quasi vestigium hominis ascendebat de mari*). **70.** cfr. **Mt 3, 10b; 12** (*omnis ergo arbor quae non facit fructum bonum exciditur et in ignem mittitur; cuius [sc. Christi] ventilabrum in manu sua et permundabit aream suam et congregabit triticum suum in horreum paleas autem comburet igni inextinguibili*). **71.** cfr. **III Reg 17, 5** (*abiit [sc. Helia] ergo et fecit iuxta verbum Domini*). **72.** cfr. **III Reg 17, 3-4** (*recede hinc et vade contra orientem et abscondere in torrente Charit qui est contra Iordanem et ibi de torrente bibes corvisque praecepi ut pascant te ibi*) / **Mt 3, 4** (*ipse autem Iohannes habebat vestimentum de pilis camelorum et zonam pelliciam circa lumbos suos esca autem eius erat locustae et mel silvestre*).

SOFIA

Opportunamente hai messo insieme, o giovane, coloro che anche dalla bocca di Cristo sono stati nominati insieme e a cui lo Spirito ha dato egualmente la sua unzione.

Infatti il Battista prepara la strada tra i popoli, così come fa Elia:

questi ricordando il porto della vita, il Figlio del Re Altissimo,

l'altro (insegnando) che la severa giustizia di Dio darà a ciascuno il suo compenso. 70

Entrambi onorarono sinceramente la legge del Signore.

Furono eremiti, seguaci di una vita angelica,

entrambi furono odiati dalle adultere, che essi respinsero fermamente.

Non condannò il fatto che ciò che è stato detto sia rimasto per tutti nel dubbio,

cioè se la Vergine fedele stia in cielo con il corpo. 75

Nessuno creda che sia un peccato avere ignorato ciò,

se presta ferma fede a qualsiasi cosa ci ha fatto conoscere la sacra pagina.

Vacilla nella fede chiunque rifiuta gli scritti sacri;

legge bene le scritture chi non tiene conto degli apocrifi.

E voi continuate a raccontare. Vi assista lo Spirito col suo aiuto. 80

LOCI PARALLELI

66. *quoque Christi*: cfr Prud. *psych.* 1, 622 (*Ne pereant. Tu, cura dei, facies quoque Christi*) / Hrotsv. *Basil.* 148 (*Sacra negans rectae fidei nomen quoque Christi*). **67. *spiritus unxit***: cfr. Milo *sobr.* 1, 888 (*Non oleo caruit, quam sanctus spiritus unxit*). **72. *angelice vite***: cfr. Marbod. *carm.* 1, 36, 21 (*Angelicam uitam duxisse fertur eremitam*). **76. *esse reatum***: cfr. Odo Clun. *occup.* 1 praef. 22 (*Poscat uterque deum, ne sinat esse reatum*). **77. *si bene credit***: cfr. Hild. *Cen. inscr.* 1, 47, 1 (*Haec caro quam comedis te saluat, si bene credis*). **79. *apocrifa***: cfr. Ioh. *Garl. epithal.* 10 praef., 9-10 (*transitum Apocryphus ut dicit Marie / dicere non audeo, sed omitto pie*). **80. *pergite***: cfr. Verg. *ecl.* 6, 13 (*Pergite, Pierides. Chromis et Mnasyllus in antro*) / *Ecl. Theod.* 34 (*Perge, prior, Pseusti, quia masculus; illa sequaci*) / Hild. *Cen. libr.* 3, 378 (*pergite, Michaeas, et bene cedet, ait*).

THLEPSIS *de Noe rectore Arche.*

Cum genus humanum fieret peccando profanum,
mortis baptismum misit Dominus cataclismum.

Factaque tutandis animatis mansio grandis
septem servavit, Noe sibi quos sociavit.

Clausos mortales oleae foliis adit ales.

85

Vitis plantata iacet auctor in ebrietate;

Cham luit irrisum torquens ad turpia visum.

NEOCOSMOS *de sancto Petro rectore Ecclesie.*

Archa, cruore sacro sanctoque parata lavacro,
est commissa Petro, prius hosti subdita tetro,

in qua coniunctis pacem fert Spiritus unctis;

90

Sorbentur Scilla qui non clauduntur in illa.

Petro septenus favet ordo pneumate plenus.

Irrigat hunc mustum, quia dat nova gratia iustum,
arguiturque merens male spiritualia querens.

E BIBLIA SACRA VULGATA FONTES

81. cfr. **Gn 6, 5** (*videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore*). **82.** cfr. **Gn 6, 17** (*ecce ego adducam diluvii aquas super terram*) / **I Pt 3, 20-21** (*per aquam quod et vos nunc similis formae salvos facit baptismum*). **83.** cfr. **Gn 6, 14-15** (*fac tibi arcam [...] et sic facies eam trecentorum cubitorum erit longitudo arcae quinquaginta cubitorum latitudo et triginta cubitorum altitudo illius*) / **Gn 6, 19** (*et ex cunctis animantibus universae carnis bina induces in arcam ut vivant tecum masculini sexus et feminini*). v. 84 cfr. **Gn 6, 18** (*et ingredieris arcam tu et filii tui uxor tua et uxores filiorum tuorum tecum*) / **Gn 7, 13** (*in articulo diei illius ingressus est Noe et Sem et Ham et Iafeth filii eius uxor illius et tres uxores filiorum eius*) / **I Pt 3, 20** (*in diebus Noe cum fabricaretur arca in qua pauci id est octo animae factae salvae sunt per aquam*). **85.** cfr. **Gn 8, 11** (*at illa [sc. columba] venit ad eum ad vesperam portans ramum olivae virentibus foliis in ore suo*). **86.** cfr. **Gn 9, 20-21** (*coepitque Noe vir agricola exercere terram et plantavit vineam bibensque vinum inebriatus est et nudatus in tabernaculo suo*). **87.** cfr. **Gn 9, 22** (*quod cum vidisset Ham pater Chanaan verenda scilicet patris sui esse nuda nuntiavit duobus fratribus suis foras*) / **Gn 9, 25** (*[Noe] ait maledictus Chanaan servus servorum erit fratribus suis*). **88.** cfr. **Io 19, 34** (*sed unus militum lancea latus eius aperuit et continuo exivit sanguis et aqua*) **Ef 5, 25-26** (*sicut et Christus dilexit ecclesiam et se ipsum tradidit pro ea ut illam santificaret mundans lavacro*). **89.** cfr. **Mt 16, 18** (*et ego dico tibi quia tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam et portae inferi non praevalent adversus eam*). **90-91.** cfr. **Mc 16, 16** (*qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit qui vero non crediderit condemnabitur*) / **Io 3, 5** (*nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu non potest introire in regnum Dei*). **92.** cfr. **Act 2, 4** (*et repleti sunt omnes Spiritu Sancto*). **93.** cfr. **Act 2, 13** (*alii autem inridentes dicebant quia musto pleni sunt isti*). **94.** cfr. **Act 8, 20** (*pecunia tua tecum sit in perditionem quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri*).

TLEPSI (*Noè, guida dell'arca*)

Poiché il genere umano è diventato sacrilego peccando,
il Signore mandò il diluvio, come un battesimo di morte.
E, costruita una grande arca per salvare gli animali,
Noè mise in salvo sette persone, che scelse come suoi compagni.
Agli uomini chiusi nell'arca si avvicina la colomba con le foglie dell'ulivo. 85
Colui che per primo ha piantato la vite è disteso ubriaco:
Cam sconta una pena per averlo irriso, volgendo lo sguardo alle cose turpi.

NEOCOSMO (*San Pietro, guida della Chiesa*)

L'arca (della Chiesa), apprestata col sacro sangue e con il santo lavacro
è stata affidata a Pietro, ma prima era sottomessa all'odioso nemico.
In essa lo Spirito porta la pace a coloro che sono uniti nel battesimo; 90
quelli che non vengono inglobati in essa, sono risucchiati da Scilla.
L'ordine sacro dalle sette forme, ripieno dello Spirito, è dalla parte di Pietro.
Lo spirito, vivace come il mosto, vivifica questi, poiché una nuova grazia elargisce il giusto,
e viene accusato colui che pretende i doni dello Spirito non meritandoli.

Ecl. Theod. 73-76

*Ultio digna Dei fontes disruptit abissi
octavum Noë servans in partibus arcae;
amodo ne talem patiantur saecula cladem
visibus humanis per nubila panditur Iris.*

LOCI PARALLELI

81. *genus humanum*: cfr. Lucr. 5, 1014 (*Tum genus humanum primum mollescere coepit*) / Aldh. *virg.* 2502-2503 (*Nam sator et mundi regnator post cataclismum, / cum genus humanum multarent aequora flustris*). **81. *peccando profanum***: cfr. Drac. *laud. Dei* 1, 98 (*Si peccare diu parcat quicumque profanus*). **85. *clausos mortales***: cfr. Eupol. *Bibl.* 2, 3 (*Clara dies aperit clausum mortalibus orbem*). **87. *Cham***: cfr. Mar. Victor *aleth.* 3, 75-76 (*Et reuoluta simul uestis secreta retextit / Corporis ac risum tibi, Cham deterrime, mouit*) / Milo *sobr.* 1, 174 (*Cham patrem tetigit: Chanaan maledictus abiuit*) / Odo Clun. *occup.* 4, 117 (*Gimna uerenda tegunt, quae Cham mage gannio ridet*). **90. *Spiritus uncti***: cfr. *hymn. Christ.* 118, 8 (*et spiritalis unctio*). **91. *Scilla...illa***: cfr. Pietr. *Pict.* 14, 5 (*Quicquid de Scilla feritatis habundat in illa*). **92. *septenus***: cfr. Fulc. *nupt.* 7, 1376 (*Vbere quod uexit septenus spiritus exit*). **92. *pneumate plenus***: cfr. *Carm. imag.* 14, 1 (*Praesul Gregorius septeno pneumate plenus*).

THLEPSIS *de confusione linguarum in gigantibus.*
 Agmen prestantum membris animisque gigantum 95
 cum formidaret ne quando Deus repararet
 diluvii letum, tunc posset ut esse quietum
 non perventuris construxit menia muris.
 Litem supremo faciat cum Principe nemo;
 ille superborum labra confudit lathomorum. 100
 Divisis turbis sic nomen prodiit urbis.

NEOCOSMOS *de unatione (D adunatione) linguarum in apostolis.*
 In cruce perpresso mortem, super astra regresso,
 pectora sanctorum merentia discipulorum
 pneuma sacrum visit, Genitor quod ab ethere misit.
 Venit in igne tonans, per linguas munera donans. 105
 Nihilque fuit triste iam cum tua contio, Christe,
 ardens de celis variis est usa loquelis.
 Fit decus his servis confusio prisca protervis.

E BIBLIA SACRA VULGATA FONTES

95. cfr. **Gn 6, 4** (*gigantes autem erant super terram in diebus illis postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum illaeque genuerunt isti sunt potentes a saeculo viri famosi*). **98.** cfr. **Gn 11, 4** (*et dixerunt venite et faciamus nobis civitatem et turrem cuius culmen pertingat ad caelum*). **100.** cfr. **Gn 11, 7** (*venite igitur descendamus et confundamus ibi linguam eorum ut non audiat unusquisque vocem proximi sui*) / **Gn 11, 3** (*dixitque alter ad proximum suum venite faciamus lateres et coquamus eos igni habueruntque lateres pro saxis et bitumen pro cemento*) / **III Rg 5, 15** (*fuerunt itaque Salomoni [...] octoginta milia latomorum in monte*). **101.** cfr. **Gn 11, 8** (*atque ita divisit eos Dominus ex illo loco in universas terras*) / **Gn 11, 9** (*et idcirco vocatum est nomen eius Babel quia ibi confusum est labium universae terrae et inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum*). vv. **103-105.** cfr. **Act 2, 2-3** (*et factus est repente de caelo sonus tamquam advenientis spiritus vehementis et replevit totam domum ubi errant sedentes et apparuerunt illis dispertitae linguae*). **106.** cfr. **Act 2, 7** (*stupebant autem omnes et mirabantur*). **107.** cfr. **Act. 2, 4** (*et coeperunt loqui aliis linguis prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis*).

Ecl. Theod. 89-92

*Posteritas Adae summa Babilonis in arce
 turrim construxit quae caelum tangere possit.
 excitat ira Deum: confusio fit labiorum,
 disperguntur ibi, nomen non excidit urbi.*

TLEPSI (*la confusione delle lingue tra i giganti*)
 La schiera dei giganti, prestanti nelle membra e nell'animo, 95
 temendo che Dio un giorno preparasse loro ancora una volta
 la morte per mezzo del diluvio, affinché allora potesse stare al sicuro,
 costruì una torre con dei muri che non avrebbero mai toccato il cielo.
 Nessuno ingaggi una lite col Principe supremo;
 questi confuse le labbra dei superbi costruttori. 100
 Dalla divisione dei popoli venne fuori il nome della città.

NEOCOSMO (*l'unificazione delle lingue tra gli apostoli*)
 Dopo che Cristo patì la morte in croce e ritornò al cielo,
 i cuori tristi dei santi discepoli furono visitati
 dallo Spirito Santo, che il Padre mandò dall'alto.
 Giunse tuonando sotto forma di fuoco, elargendo i doni con le lingue della fiamma. 105
 Non ci fu niente di triste quando il gruppo dei tuoi discepoli, o Cristo,
 infiammato dallo Spirito del cielo, utilizzò diverse lingue.
 Diventa un onore per questi servi l'antica confusione delle lingue dei superbi.

LOCI PARALLELI

95. *membris animisque*: cfr. Prud. *psych.* 1, 291 (*Vidimus horrendum membris animisque Golian*) / Milo *sobr.* 2, 198 (*Et strauit celsum membris animisque gigantem*) / Eupol. *Bibl.* 2, 395 (*Commissa est. Vasti membris animisque Gethi*) / Hild. *Cen. inv. cruc.* 2 (*Turmas hostiles membris animisque viriles*). **96. *cum formidaret***: cfr. Hor. *sat.* 2, 7, 65 (*Cum te formidet mulier neque credat amanti*). **100. *lathomorum***: cfr. Eupol. *Bibl.* 1, 666-670 (*Qui tumide petit alta, cadet. Voluere Gigantes / Vna mente poli pulsare cacumina quondam / Sideria turri, sed uirtus summa superbos / Confundens lathomos, quod nomen huic dedit urbi / Ceptum linquere opus per dissona compulit ora*). **102. *super astra***: cfr. Warner. *synod.* 60 (*Dicta maris stella scandit super astra puella*) / Idem *Paracl.* 118 (*Tunc culpam triplicans, nunc super astra micans*). **104. *pneuma sacrum***: cfr. *ibidem* 238 (*Pneuma sacrum refouet, que mala sunt remouet*).

THLEPSIS *de Abraham patre carnalis circumcissionis.*

Abram, confectis ducibus spoliisque revectis,
que libata dedit sibi rex, sacri dator, edit. 110

Hospitio fovit pueros tres quos bene novit.
Fit nato pollens primus preputia tollens,
ipseque multorum dictus pater est populorum.
Presto fuit nati resecare caput Deitati,
exul defunctus Sare iacet in scrobe iunctus. 115

NEOCOSMOS *de Paulo patre spiritalis circumcissionis.*

Saulus, mutatus vita Paulusque vocatus,
discipulis Jesu recreatus iungitur esu,
fit vas Eterni, celi videt abdita terni,
per verbum gentes genuit docuitque sequentes
quod mens sincera sit circumcisio vera. 120
Suscepit lete minitantis verba prophete;
dum peregrinatur cum Petro mortificatur.

E BIBLIA SACRA VULGATA FONTES

109. cfr. **Gn 14, 15-16** (*et divisit sociis inruit super eos nocte percussitque eos [...] reduxitque omnem substantiam*). **110.** cfr. **Gn 14, 18** (*at vero Melchisedech rex Salem proferens panem et vinum erat enim sacerdos Dei altissimi benedixit ei*) / **Ps 109, 4** (*tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech*). **111.** cfr. **Gn 18, 2** (*cumque elevasset oculos apparuerunt ei tre viri stantes propter eum quos cum vidisset cucurrit in occursum eorum de ostio tabernacoli et adoravit in terra*). **112.** cfr. **Gn 17, 23** (*tulit autem Abraham Ismahelem filium suum [...] et circumcidit carnem praeputii*). **113.** cfr. **Gn 17, 5** (*patrem multarum gentium constitui te*) / **Rm 4, 16-17** (*Abrahae qui est pater omnium nostrum*). **114.** cfr. **Gn 22, 10** (*extenditque manum et arripuit gladium ut immolaret filium*). **115.** cfr. **Gn 23, 4** (*advena sum et peregrinus apud vos*) / **Gn 25, 9-10** (*et sepelierunt eum Isaac et Ismahel filii sui in spelunca duplici [...] ibi sepultus est ipse et Sarra uxor eius*). **116.** cfr. **Act. 13, 9** (*Saulus autem qui et Paulus*). **117.** cfr. **Act 9, 19** (*et cum accepisset cibum confortatus est fuit autem cum discipulis qui erant Damasci per dies aliquot*). **118.** cfr. **Act 9, 15** (*vade quoniam vas electionis est mihi iste*) / **II Cor 12, 2 e 12, 4** (*sive in corpus nescio sive extra corpus nescio Deus scit raptum eiusmodi usque ad tertium caelum; et audivit arcana verba quae non licet homini loqui*). **119.** cfr. **Act 9, 15** (*ut portet nomen meum coram gentibus et regibus et filiis Israhel*). **120.** cfr. **Rm 2, 29** (*et circumcisio cordis in spiritu non littera*) / **Gal 5, 6** (*nam in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet neque praeputium sed fides quae per caritatem operatur*). **121.** cfr. **Act 9, 16** (*ego enim ostendam illi quanta oporteat eum [sc. Paulum] pro nomine meo pati*).

TLEPSI (*Abramo, padre della circoncisione carnale*)

Abramo, sconfitti i capi e riportate a casa le spoglie,
mangiò le offerte che gli diede il re, autore del sacrificio. 110

Con la sua ospitalità ristorò tre giovani che riconobbe bene.

Divenne valoroso quando per primo tagliò al figlio il prepuzio
ed egli stesso fu chiamato padre di molti popoli.

Per Dio fu pronto a recidere la testa del figlio;
morto esule, giace unito a Sara nel sepolcro. 115

NEOCOSMO (*Paolo, padre della circoncisione spirituale*)

Saulo, dopo che cambiò la sua vita e fu chiamato Paolo,
rifocillato dal cibo, si unisce ai discepoli di Gesù,
diventa vaso dell'Eterno, vede le cose nascoste del terzo cielo,
con la predicazione ha rigenerato le genti e ha insegnato a coloro che lo seguivano
che la vera circoncisione consiste in una fede sincera. 120

Accolse lietamente le parole minacciose del profeta;
mentre compie le sue peregrinazioni insieme a Pietro, viene messo a morte.

LOCI PARALLELI

111. quos bene novit: cfr. Ov. *trist.* 5, 4, 50 (*Qui bene te novit, non rogat, ipsa rogo*) / Fulc. *nupt.* 3, 148 (*Quem bene post novit talem non nouerat usum*). **112. praeputia tollens:** cfr. Abael. *planct.* 1, 21-24 (*Frustra circumcisio / Fecit te proselitum, / Non ualens infamie / Tollere preputium*). **114. Deitati:** cfr. Fulc. *nupt.* 7, 918 (*et si nunc homini moritur vivet Deitati*) / Hild. *Cen. ord.* 510 (*Nam Patris ac Nati semper par est Deitati*). **116. Saulus...Paulusque:** cfr. Arat. *act.* 1, 913 (*Denique Saulus obit, quia Paulus uiuere coepit*) / Aldh. *carm.* 1, 13 (*Saulus, qui dictus mutato nomine Paulus*) / Marbod. *carm.* 1, 22, 33 (*Saulus eras, nunc Paulus eris, Christoque iubente*). **117. recreatus:** cfr. Warner. *synod.* 562 (*vir pretaxatus per corvos est recreatus*) **120. circumcisio:** cfr. Hild. *Cen. Machab.* 330 (*Lex quasi non esset, sit; circumcisio cesset*). **121. verba prophete:** cfr. Fulc. *nupt.* 3, 97-98 (*Spiritus at Domini Saul dimiserat ex quo / Non bene seruauit male demens uerba prophetae*).

THLEPSIS *de uxore Loth fugiente Sodomam et respiciente.*

Angelico suasu Sodome decedere casu
advena festinas, bone Loth, meritasque ruinas
constans evadis; iuste coniunx tua, cladis 125
improba miratrix et precepti violatrix,
filia fit mortis, oculis post terga retortis,
statque salis moles, sed pergit cum patre proles.
Terreat hoc mentem mala que liquit repetentem.

NEOCOSMOS *de Nicolao diacono spernente voluptatem et redeunte.*

Mundi vicinam Petro memorante ruinam, 130
multa voluptatem pars sprevit et ad Deitatem
quisquis tendebat, res hunc communis alebat.
Sed cor vulpis habens Nicolaus, ad infima labens,
fit caput erroris, fedi respector amoris,
per cor confusum pervertit coniugis usum, 135
sanctis exosus, ceu delectata luto sus.

E BIBLIA SACRA VULGATA FONTES

123. cfr. **Gn 19, 1** (*veneruntque duo angeli Sodomam vespere sedente Loth in foribus civitatis*). **124.** cfr. **Gn 19, 9** (*at illi dixerunt recede illuc et cursus ingressus est inquit ut advena*) / **II Pt 2, 6-7** (*et civitates Sodomorum et Gomorraeorum in cinerem redigens eversione damnavit exemplum eorum qui impie acturi sunt ponens et iustum Loth oppressum a nefandorum iniuria conversatione eruit*). **125.** cfr. **Gn 19, 14-15** (*surgite egredimini de loco isto quia delebit Dominus civitatem hanc [...] surge et tolle uxorem tuam et dua filias quas habes ne et tu partier pereas in scelere civitatis*) / **Gn 19, 17** (*salva animam tuam noli respicere post tergum*). **125-128.** cfr. **Gn 19, 26** (*respiciensque uxor eius post se versa est in statuam salis*) / **Sap 10, 7** (*et incredibilis animae memoria stans figmentum salis*) / **Lc 17, 31-32** (*et qui in agro similiter [fuerit] non redeat retro memores estote uxoris Loth*). **130.** cfr. **II Pt 3, 10** (*adveniet autem dies Domini ut fur in qua caeli magno impetu transient elementa vero calore solventur*). **132.** cfr. **Act 4, 32** (*multitudinis autem credentium erat cor et anima una*). **133.** cfr. **Apc 2, 6; 15** (*sed hoc habes quia odisti facta Nicolaitarum quae et ego odi; ita habes et tu tenentes doctrinam Nicolaitarum*).

Ecl. Theod. 113-116

*In cinerem Sodomae solvens divina potestas
ob pactum patrum, Loth parcere cogitat uni;
servat eum Segor, sed perfida vertitur uxor
in salis effigem, lambunt animalia cautem.*

TLEPSI (*la moglie di Lot che fugge da Sodoma e che si volta a guardare*)
 Persuaso dagli angeli, ti affretti, come uno straniero, o buon Lot,
 ad allontanarti dalla distruzione di Sodoma ed eviti con determinazione
 la meritata rovina; giustamente tua moglie, che ha guardato 125
 temeraria la strage ed ha violato i precetti,
 diventa figlia della morte e, non appena ha rivolto lo sguardo indietro,
 si ferma come una statua di sale, ma le figlie procedono insieme al padre.
 Ciò atterrisca la mente che ripete le cattive azioni che ha già abbandonato.

NEOCOSMO (*il diacono Nicola disprezza i piaceri e torna indietro*)
 Mentre Pietro ricordava l'imminente rovina del mondo, 130
 molti disprezzarono i piaceri, ciascuno tendeva
 alla divinità, che era venerata dal loro comune sentire.
 Ma Nicola, che aveva il cuore di volpe, precipitando nella condizione più vile,
 diventa il capo dell'eresia, si volge ad un amore vergognoso,
 con un cuore confuso corrompe la relazione con la moglie; 135
 questa era come una scrofa che si compiace del fango, quello fu detestato dai santi.

LOCI PARALLELI

123. Sodome: cfr. Warner. *Paracl.* 343-345 (*Cerne Deus mitis quid fecerit in Sodomitis / quorum stultitiam commiserans nimiam / dixit: "Delebo Sodomam*). **126. miratrix:** cfr. Sen. *Phaedr.* 742 (*Fama miratrix senioris aevi*) / Lucan. 4, 655 (*Miratrixque sui signavit nomine terras*) / Iuv. 4, 62 (*Obstitit intranti miratrix turba parumper*) / Hild. Cen. *M. Aeg.* 1, 43 (*Miratrix horum plebs, clerus, grex monachorum*). **127. post terga retortis:** cfr. Ov. *am.* 1, 2, 31 (*Mens Bona ducetur manibus post terga retortis*) / Lux. *anth.* 304, 17 (*Hic spumantis apri iaculo post terga retorto*). **130. vicinam...ruinam:** cfr. Hild. Cen. *Machab.* 155 (*Et iam uicinae fuit urbi causa ruinae*). **131. Deitatem:** cfr. Warner. *synod.* 114 (*presto fuit nati resecare caput Deitati*). **134. fedi...amoris:** cfr. Lucr. 4, 1158 (*Vt placent, quoniam foedo afflicentur amore*) / Ov. *met.* 10, 319 (*Illa quidem sentit foedoque repugnat amori*) / Warner. *synod.* 549 (*Illuc, errores et fedos gentis amores*). **135. coniugis usum:** cfr. Ov. *met.* 10, 565 (*Nil opus est, Atalanta, tibi; fuge coniugis usum*). **136. luto sus:** cfr. Hor. *epist.* 1, 2, 26 (*Vixisset canis immundus uel amica luto sus*) / Marbod. *carm.* 1, 60, 4 (*Fertile rus. Corruptio pus, et amica luto sus*).

THLEPSIS *de Isaac ligato ad immolandum.*

Semen laudatum ducens pater ad sacra natum,
fune sui partus vinxit venerabilis artus.

In sancto monte subit infans vincula sponte,
nec dixit: “Quare vis me, genitor, iugulare?” 140

Iamque, comis prensis, miserabile stringitur ensis,
sed non percussit crispans ensem, quia iussit
missus ab arce poli genitorem parcere proli.

NEOCOSMOS *de Iacobo apostolo ligato ad decollandum.*

Iacobe, serve Dei, proles autem Zebedei,
carne tui patres consanguinitateque fratres, 145

te Christi testem declinantes quasi pestem,
cum condempnarent et mortificare pararent,
unus confestim ferus, iniciens tibi restim,
nil te dicentem duxit, sed sponte sequentem.

Hostis compunctus tibi mox cadit in nece iunctus. 150

E BIBLIA SACRA VULGATA FONTES

137-138. cfr. **Gn 22, 2** (*filium tuum unigenitum quem diligis Isaac*) / **Gn 22, 9** (*cumque conligasset Isaac filium suum posuit eum in altari*). **139.** cfr. **Gn 22, 2** (*vade in terram Visionis atque offer eum ibi holocaustum super unum montium quem monstravero tibi*). **140.** cfr. **Gn 22, 7** (*dixit Isaac patri suo pater mi at ille respondit quid vis fili ecce inquit ignis et ligna ubi est victima holocausti*). **141.** cfr. **Gn 22, 10** (*extenditque manum et arripuit gladium ut immolaret filium*). **143.** cfr. **Gn 22, 11-12** (*ecce angelus Domini de caelo clamavit [...] dixitque ei non extendas manum tuam super puerum neque facias illi quicquam*). **144.** cfr. **Mt 4, 21** (*vidit alios duos fratres Iacobum Zebedaei et Iohannem fratrem eius in navi cum Zebedaeo patre eorum*) / **Mt 20, 22** (*respondens autem Iesus dixit [filiis Zebedaei] potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum*). **145.** cfr. **Act 12, 3** (*videns autem [sc. Herodes] quia placeret Iudaeis*). **148.** cfr. **Act 12, 2** (*occidit autem [sc. Herodes] Iacobum fratrem Iohannis gladio*). **150.** cfr. **Act 12, 23** (*confestim autem percussit eum [sc. Herodem] angelus Domini [...] et consumptus a vermibus exspiravit*).

Ecl. Theod. 105-108

*Heredis forma non est motus patriarcha,
quin mactaret eum, nisi vox emissa deorsum
parcere iussisset; rapitur, qui cornibus haeret
in dumis, aries; sequitur patrem sua proles.*

TLEPSI (*Isacco legato per essere immolato*)

Il padre venerabile conducendo al sacrificio il figlio, sua lodata
discendenza, con la fune legò gli arti della sua prole.

Nel monte santo il giovane, in silenzio, si sottopose ai lacci spontaneamente
e nemmeno disse: “Perché vuoi sgozzarmi, o padre?” 140

E già, afferrate le chiome, stringe la spada in modo da destare compassione,
ma non colpì vibrando il ferro, poiché un messo
dall’alto del cielo comandò al padre di risparmiare il figlio.

NEOCOSMO (*Giacomo apostolo legato per essere decapitato*)

Giacomo, servo di Dio, figlio di Zebedeo,

quando i tuoi padri nella carne e i tuoi fratelli nel sangue, 145

evitando come una peste te, testimone di Cristo,

ti condannavano ed erano pronti a farti morire,

soltanto un uomo crudele senza indugio, mettendoti in catene,

ti condusse a morte e tu non hai detto niente, ma lo seguivi spontaneamente.

Il nemico, punto dai vermi, unito a te cadde nella morte. 150

LOCI PARALLELI

138. fune...vinxit: cfr. *Com. eleg. Babio* 251 (*Fune caput uinctus dabit hic spectacula plebi*). **139. vincula sponte:** cfr. *Alcuin. carm-* 1, 804 (*Vincula sponte sua mirando more solebant*). **141. stringitur ensis:** cfr. *Verg. Aen.* 10, 568 (*Tot paribus streperet clipeis, tot stringeret ensis*) / *Sen. Phaedr.* 706 (*Stringatur ensis, merita supplicia exigat*). **142. crispans:** cfr. *Verg. Aen.* 1, 313 (*Bina manu lato crispans hastilia ferro*). **143. missus ab arce poli:** cfr. *Avian. fab.* 22, 2 (*Ad terras Phoebum misit ab arce poli*) / *Walt. Spir. Scol.* 2, 69 (*Missus ab arce poli reparavit perdita mundi*). **144. proles...Zebedei:** cfr. *Fulc. nupt.* 7, 1382-3 (*Alphei non Iacobus ast Zebedei. / Hunc tetrarcha necat*) / *Wandalb. martyr.* 430 (*Octauam Iacobus, Zebedei filius, ornat, / Primus apostolicum uero pro rege cruorem / Qui dedit*) / *Warner. Paracl.*151 (*Hinc symmista Dei dicit, proles Zebedei*) / *Flor. Lugd. carm.* 1, 178-179 (*Zebedei natis auidis ad culmen honoris / Ante calix tristis proponitur esse bibendus*). **146. Christi testem:** cfr. *Hrotsv. Pelag.* 298 (*Mox Christi testem gladio secuere fidelem*). **149. sponte sequentem:** cfr. *Ysengrimus* 1219 (*Sponte sequens non est iniecto fune trahendus*). **150. compunctus:** cfr. *Warner. synod.* 461 (*Fleuit, compunctus Domini uenerabilis unctus*).

THLEPSIS *de Iacob cum domino luctante.*

Linquens tecta patris Iacob formidine fratris,
per loca deserta meat altaque cernit aperta
et videt astantem vicina luce Tonantem,
cui cum congressus fieret luctamine fessus,
nervo marcenti cessit minor Omnipotenti:
hinc caro nervosa Iudeis est odiosa.
Querat qui curet quid res vetus illa figuret.

155

NEOCOSMOS *de Thoma apostolo palpante Christum et convicto.*

Iudaicam gentem Iesu de cede recentem
clausus in occulto metuens, pastore sepulto,
sedit adoptivus grex Christi, qui redivivus
intravit clausis foribus felicibus ausis.
Thomas erravit sociamque fidem reprobavit,
donec per tactus est non dubitare coactus.
Que res ista ferat prudens mysteria querat.

160

E BIBLIA SACRA VULGATA FONTES

151. cfr. **Gn 27, 42-43** (*ecce Esau frater tuus minatur ut occidat te [...] fuge ad Laban fratrem meum in Haran*). **153.** cfr. **Gn 32, 30** (*vidi Deum facie ad faciem et salva facta est anima mea*). **154.** cfr. **Gn 32, 24** (*remansit solus et ecce vir luctabatur cum eo usque mane*). **155.** cfr. **Gn 32, 25** (*qui cum videret quod eum superare non posset tetigit nervum femoris eius et statim emarcuit*). **156.** cfr. **Gn 32, 32** (*quam ob causam non comedunt filii Israhel nervum qui emarcuit in femore Iacob usque in praesentem diem*). **158-161.** cfr. **Io 20, 19** (*cum esset ergo sero die illo una sabbatorum et fores essent clausae ubi errant discipuli propter metum Iudaeorum venit Iesus et stetit in medio*). **162.** cfr. **Io 20, 25** (*dixerunt ergo ei alii discipuli vidimus Dominum ille autem dixit eis nisi videro in manibus eius figuram clavorum [...] non credam*). **163.** cfr. **Io 20, 27** (*deinde dicit Thomae infer digitum tuum huc et vide manus meas et adfer manum tuam et mitte in latus meum et noli esse incredulus sed fidelis*).

Ecl. Theod. 121-124

*Congressus Domino Iacob luctamine longo
nervos amisit femori, dum cedere nescit;
quam plagam veluti gemat evenisse parenti,
non comedit nervum successio tota nepotum.*

TLEPSI (*Giacobbe lotta con il Signore*)

Giacobbe, lasciando la casa paterna per paura del fratello,
passa per luoghi deserti, scorge i cieli che si aprono,
e vede Dio, il Tonante, che gli sta dinnanzi, poco prima della luce del giorno.
Poiché avvenne con questi uno scontro, stanco della lotta,
cedette, più debole, all'Onnipotente, dal momento che fu colpito nel nervo del femore: 155
da qui la carne col nervo sciatico viene rifiutata dai Giudei.
Colui, al quale ciò sta a cuore, ricerchi cosa simboleggi questo antico avvenimento.

NEOCOSMO (*L'apostolo Tommaso tocca Cristo e viene convinto*)

Temendo il popolo giudeo che da poco aveva ucciso Gesù,
il gregge adottivo di Cristo, dopo che ebbe sepolto il suo pastore,
sedeva chiuso nel segreto. Egli, resuscitato, 160
entrò, nonostante le porte fossero chiuse, riuscendo nell'impresa.
Tommaso sbagliò e rimproverò ai compagni la loro credulità,
finché, attraverso il tatto, fu costretto a non dubitare.
Il saggio ricerchi quali siano i misteri che questo evento comporta.

LOCI PARALLELI

151. *linquens tecta patris*: cfr. Stat. *Theb.* 11, 692 (*Linquere tecta iubes? Caelum terramque reliqui*) / Stat. *Theb.* 3, 682 (*Ibat tecta patris, paruumque sub ubere caro*). **152. *per loca deserta***: cfr. Lucr. 5, 1387 (*Per loca pastorum deserta atque otia dia*). **154. *luctamine fessus***: cfr. Hrotsv. *gest.* 317 (*Ciuilis belli populus luctamine lassus*). **159. *in occulto***: cfr. Warner. *synod.* (*gaudet in occulto, positus iam tempore multo*). **160. *grex Christi***: cfr. Hraban. *carm.* 11, 30 (*Pasce gregem Christi, proximus ecce uenit*) / Idem 13, 33 (*Nempe tuus nisus semper sit de grege Christi*) / Hrotsv. *Basil.* 59 (*Assignare tibi, subtractos de grege Christi*). **160. *redivivus***: cfr. Fulc. *nupt.* 5, 30 (*Aut morior uiuus uel tu fias rediuuius*). **161. *clausis foribus***: cfr. Lucr. 4, 598 (*Colloquium clausis foribus quoque saepe uidemus*) / Fulc. *nupt.* 7, 1077 (*Iam clausis foribus Dominus licet ingrediatur*) / Idem 7, 1081 (*Qui foribus clausis intrauerat, hostia clausi*). **161. *reprobavit***: cfr. Warner. *Paracl.* 107 (*Nam tunc errauit, cum dicta Dei reprobauit*).

THLEPSIS *de Ioseph de ceteris fratribus amato.*

Iacob pre natis cunctis a se generatis 165

Ioseph dilexit, poderis quem mystica texit.

Iste, sue gratus domine nimis atque rogatus

ut vellet fede se iungere, fugit ab ede.

Trusus in obscura concepit mente futura,

fit vir facundus, regi dicatione secundus, 170

fratres salvavit quos caro tempore pavit.

NEOCOSMOS *de Iohanne (D add. Evangelista, E apostolo) pre ceteris apostolis amato.*

Dilexit natum Zebedeo gratificatum

mundicie flore speciali Christus amore.

Hic sponsam sprexit, supra pectus requievit

Christi cenantis, summique profunda Tonantis 175

edidit obstrusus, que rimatur sacer usus,

fraternas mentes eterni panis egentes

utiliter pavit, cum verbum rite notavit.

E BIBLIA SACRA VULGATA FONTES

165. cfr. **Gn 37, 3** (*Israhel autem diligebat Ioseph super omnes filios suos*). **166.** cfr. **Gn 37, 3-4** (*fecitque ei tunicam polymitam*) / **Gn 37, 23** (*nudaverunt eum tunica talari et polymita*) / **Gn 37, 31-33** (*tulerunt autem tunicam eius et in sanguine hedi quem occiderant tinxerunt [...] vide utrum tunica filii tui sit an non [...] tunica filii mei est fera pessima comedit eum*). **167-168.** cfr. **Gn 39, 7** (*iecit domina oculos suos in Ioseph et ait dormi mecum*) / **Gn 39, 13** (*qui [sc. Ioseph] relicto in manu illius pallio fugit et egressus est foras*). **169.** cfr. **Gn 39, 20** (*tradiditque [sc. Putiphar] Ioseph in carcerem*). / **Gn 41, 12** (*erat ibi puer hebraeus [sc. Ioseph] eiusdem ducis militum famulus cui narrantes omnia audivimus quicquid postea rei probavit eventus*). **170.** cfr. **Gn 41, 39-40** (*dixit [sc. Pharaon] ergo ad Ioseph quia ostendit Deus tibi omnia quae locutus est numquid sapientiosem et simile tui inveniri potero tu eris super domum meam et ad tui oris imperium cunctus populous oboediet uno tantum regni solio te praecedam*). **171.** cfr. **Gn 45, 5; 7** (*pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Aegyptum; praemisitque me Deus ut reservemini super terram et escas ad vivendum habere possitis*) / **Gn 37, 27** (*frater enim et caro nostra est*). **173.** cfr. **Io 13, 23** (*erat ergo recumbens unus ex discipulis qius in sinu Iesu quem diligebat Iesus*) / **Io 19, 26** (*cum vidisset ergo Iesus matrem et discipulum stantem quem diligebat*) / **Io 20, 2** (*Cucurrit [sc. Maria Magdalene] ergo et venit ad Simonem Petrum et ad alium discipulum quem amabat Iesus*) / **Io 21, 7** (*Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus*) / **Io 21, 20** (*conversus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem*). **174-175.** cfr. **Io 13, 25** (*itaque cum recubisset ille supra pectus Iesu*) / **Io 21, 20** (*qui et recubuit in cena super pectus eius*). **176.** cfr. **Apc 1, 9** (*ego Iohannes frater vester et particeps in tribulatione et regno et patientia in Iesu fui in insula quae appellatur Patmos propter verbum Dei et testimonium Iesu*). **177-178.** cfr. **Io 6, 32-33; 35; 51** (*Pater meus dat vobis panem de caelo cerum panis enim Dei est qui descendit de caelo et dat vitam mundo; ego sum panis vitae; ego sum panis vivus qui de caelo descendi*).

TLEPSI (*Giuseppe, amato più che il resto dei fratelli*)
 Giacobbe più di tutti i figli da lui nati 165
 amò Giuseppe, che fu rivestito della mistica veste dalle lunghe maniche.
 Questi, fin troppo gradito alla sua padrona, quando gli fu chiesto
 di volere unirsi vergognosamente a lei, fuggì dalla casa.
 Trascinato in carcere, vide nella sua mente le cose future.
 Diventa un uomo facondo, secondo al re in autorità. 170
 Salvò i fratelli che, a tempo debito, temette per il legame carnale.

NEOCOSMO (*Giovanni evangelista, amato più degli altri apostoli*)
 Cristo amò di un amore speciale il figlio di Zebedeo,
 che fece piacere al padre con il fiore della sua purezza.
 Questi non volle una sposa, riposò sul petto
 di Cristo che cenava e, quando fu relegato, scrisse riguardo ai profondi misteri 175
 di Dio che tuona dall'alto, e ne rivelò il senso attraverso le visioni.
 Fornì un utile nutrimento agli animi dei fratelli che hanno bisogno
 del pane eterno, notandone a ben ragione l'importanza con la parola.

Ecl. Theod. 129-132

*Venditus in servum Ioseph livore suorum
 ardentis dominae dum spernit vota minasque,
 addictus vinclis discussit somnia regis
 et subduntur ei totius regna Canopi.*

LOCI PARALLELI

166. poderis: cfr. Flor. Lugd. *carm.* 5, 33-34 (*Christum, / Vestitum poderis sacris, cui zona mamillas / Aurea praecingens candentia pectora comit*) / Milo *sobr.* 941-942 (*Sit candens poderis uestis, polimita talaris / Multicolora micet haedique in sanguine tincta*) / Wenr. Trev. 367-368 (*Prima quidem manicis includit brachia strictis: / Huic poderis nomen; tendit ad usque pedem*). **169. mente futura:** cfr. Alcuin. *carm.* 1, 1392 (*Multa prophetali praedixit mente futura*) / Hild. Cen. *ord.* 245 (*Per spem credebant quae mente futura uidebant*). **172. gratificatum:** cfr. Ruodlieb 4, 75 (*Quem bene donatum uel uerbis gratificatum*). **173. mundicie flore:** cfr. Sedul. Scot. *carm.* 2, 82 (*Munditiae fialam hic gestat flore refertam*). **173. speciali...amore:** cfr. Paul. Nol. *carm.* 21, 561 (*Pandere dignatus, speciali nos tibi amore*) / Bald. Bourg. 154, 967 (*Idcirco siluas speciali lustrat amore*). **174. sponsam spreuit:** cfr. Hrotsv. *prim.* 323 (*Omnino sponsum spernens animo moriturum*). **174. supra pectus:** cfr. Alcuin. *carm.* 71, 1, 16-17 (*Virgo supra pectus Christi accubitare Iohannes / In caena meruit*). **175. summi...Tonantis:** cfr. Lucan. 2, 34 (*Nec cunctae summi templo iacuere Tonantis*). **v. 177** Ven. Fort. *carm.* 3, 8, 43 (*Tu quoque ieiunis cibus es, tu panis egeni*). **178. rite notavit:** cfr. Milo *Amand.* 1, 199 (*Hoc primum patrauit opus, quod rite notatum*) / Warner. *synod.* 549 (*Alter adequatur, sicut iam rite notatur*).

SOPHIA

Quam bene, Thlepsi, canis vetus utpote de veteranis,
tu post cedendo me mulces, iste sequendo. 180

Nam canitis laute, iunguntur et omnia caute,
caute iunguntur, quoniam nova prisca locuntur.

Hoc scio pro certo quia quod vos ore diserto
proditis ispirat que celum dextera girat.

Psallite gaudentes, nisi verum nil referentes, 185
psallite devoti, virtutibus undique noti.

Sancti vos estis, vos rite docere potestis,
qui que cantatis recte faciendo probatis.

E BIBLIA SACRA VULGATA FONTES

184. cfr. **Sir 43, 12-13** (*vide arcum et benedic qui fecit illum valde speciosus est in splendore suo gyravit caelum in circuitu gloriae suae manus Excelsi aperuerunt illum*). **185-186.** cfr. **Ps 146, 7** (*psallite Deo nostro in cithara*) / **Ps 145, 2** (*psallam Deo meo quamdiu fuero*).

SOFIA

Come canti bene, o Tlepsi, così come un anziano canta fatti antichi!

Tu, poi, facendoti da parte, e questi, proseguendo a raccontare, mi dilettrate entrambi. 180

Infatti cantate splendidamente e con prudenza stabilite la corrispondenza di tutti i fatti,
con prudenza la stabilite, poiché le cose antiche parlano delle nuove.

Questo so per certo, che, ciò che voi in forma chiara ed esatta
raccontate, ve lo ispira colui che fa girare il cielo con la sua destra.

Cantate con la cetra, non riferendo niente che non sia vero, 185

cantate con la cetra con devozione, voi che siete conosciuti in ogni parte per le vostre virtù.

Voi siete santi, voi potete insegnare convenientemente,

voi che testimoniate giustamente con le azioni le cose che cantate.

LOCI PARALLELI

179. veteranis: cfr. Bern. Clun. *octo vit.* 1058 (*Quam patribus canis, quam doctis, quam ueteranis*). **182. nova prisca:** cfr. Bern. Clun. *libr. Reg.* 146 (*Christus ibi os mutat dans nouua, prisca sinens*). **183. ore diserto:** cfr. Bald. Bourg. 193, 73 (*Quidlibet incipio, uelut insequar, ore diserto*) / Hild. Cen. *carm. min.* 46, 3 (*Sic ego, cum medie plebi loquar ore diserto*). **186. psallite devoti:** cfr. Hraban. *laud.* 1, fig. XX, 28 (*Psallite deuote uitam, bene psallite Christo*). **186. undique noti:** cfr. Stat. Ach. 1, 647 (*Signa choris indicta putant; fragor undique notus*). **188. recte faciendo:** cfr. Hild. Cen. *ord.* 88 (*Quod dictis celat, recte faciendo reuelat*).

THLEPSIS *de patientia Iob contra amicorum despectionem.*

Rerum Iob dives prevenerat ubere cives.

Omnibus ablatis, eger nutu Deitatis, 190

nil non prudenter, sed cuncta tulit patienter.

Hunc qui visebant duro sermone terebant,

plagas instantes illum meruisse probantes.

Sed Deus afflictum, nec ab ullo turbine victum,

tandem sanavit subtractaque multiplicavit. 195

NEOCOSMOS *de immobilitate Zachei contra phariseorum murmurationem.*

Parvus statura Zacheus, publica iura

dum dispensavit, magnum censum cumulavit,

sed, defraudatis rebus quadruplum reparatis,

promeruit vere, compuncto corde, videre

semper clementem conversis Omnipotentem. 200

Mens conversa rei, cui detractant pharisei,

Christi censura recipit bona non peritura.

E BIBLIA SACRA VULGATA FONTES

189. cfr. **Iob 1, 3** (*eratque vir ille magnus inter omnes Orientales*). **190.** cfr. **Iob 1, 21** (*nudus egressus sum de utero matris meae et nudus reperta illuc Dominus dedit Dominus abstulit*) / **Iob 2, 7** (*egressus igitur Satan a facie Domini percussit Iob ulcere pessimo a planta pedis usque ad verticem eius*). **191.** cfr. **Iob 1, 22** (*in omnibus his non peccavit Iob neque stultum quid contra Deum locutus est*) / **Iob 2, 10** (*si bona suscepimus de mano Domini quare mala non suscipiamus*). **192-193.** cfr. **Iob 2, 11** (*igitur audientes tres amici Iob omne malum quod accidisset ei venerunt singuli de loco suo [...] condixerant enim ut pariter venientes visitarent eum*) / **Iob 32, 3** (*porro adversum amicos eius indignatus est [sc. Heliu] eo quod [...] tantummodo condemnassent Iob*). **195.** cfr. **Iob 42, 10** (*Dominus quoque conversus est ad paenitentiam [...] et addidit Dominus omnia quaecumque fuerant Iob duplicia*). **196.** cfr. **Lc 19, 3** (*[Zacchaeus] statura pusillus erat*). **196-197.** cfr. **Lc 19, 2** (*hic erat princeps publicanorum et ipse dives*). **198.** cfr. **Lc 19, 8** (*ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus et si quid aliquem defraudavi reddo quadruplum*). **199.** cfr. **Lc 19, 9-10** (*ait Iesus ad eum quia hodie salus domui huic facta est eo quod et ipse filius sit Abrahae. Venit enim filius hominis quaerere et salvum facere quod perierat*). **201.** **Lc 19, 7** (*et cum viderent omnes murmurabant dicentes quod ad hominem peccatorem [sc. Iesus] devertisset*).

TLEPSI (*La pazienza di Giobbe contro il disprezzo degli amici*)

Il ricco Giobbe, per l'abbondanza di beni, aveva superato i suoi concittadini.

Dopo che gli fu portata via ogni cosa, infermo per volontà di Dio, 190

non sopportò niente senza saggezza, ma tollerò ogni cosa con pazienza.

Chi andava a visitarlo lo tormentava con discorsi crudeli,

affermando che egli aveva meritato le disgrazie che lo affliggevano.

Ma Dio alla fine risanò lui che era afflitto, ma non vinto da alcuna tempesta,

e moltiplicò le sostanze che gli erano state sottratte. 195

NEOCOSMO (*l'irrepressibilità di Zaccheo nei confronti delle mormorazioni dei farisei*)

Zaccheo, piccolo di statura, finché amministrò

la riscossione delle pubbliche imposte, accumulò grandi ricchezze.

Ma, dopo avere sottratto delle ricchezze ed averne restituito quattro volte tanto,

meritò veramente, col cuore contrito, di vedere

l'Onnipotente, sempre clemente con chi si converte. 200

La mente di Zaccheo pentitasi di quelle azioni, per le quali i farisei lo denigravano,

secondo il giudizio di Cristo, riceve i beni eterni.

LOCI PARALLELI

189. rerum...ubere: cfr. Eupol. *Bibl.* 2, 104 (*Fecit et ubertas immensa tumescere rerum*) / Warner. *synod.* 503 (*Extulit Asuerum tanto Deus ubere rerum*). **191. patienter:** cfr. Hrotsv. *Maria* 509 (*Quae tunc, ut semper, bene sustinuit patienter*) / Fulc. *nupt.* 1, 714 (*Sed ratio prohibet; iubet ut ferat hoc patienter*) / Judas 2, 34 (*Iesus prudenter ait, hos tolerans patienter*). **194. ullo turbine:** cfr. Verg. *Aen.* 9, 91 (*Ne cursu quassatae ullo neu turbine uenti*). **196. multiplicavit:** cfr. Hild. *Cen., Vita Mariae Aegyptiace* 6, 48 (*Meminus erravit quisquis mala multiplicavit*). **196. Zacheus:** cfr. Warner. *Paracl.* 63 (*Diues Zacheus sit ei, sit norma Matheus*). **199. compuncto corde:** cfr. Hrotsv. *Theoph.* 350 (*En tis, uir domini, tristis compunctio cordis*) / Amarc. 2, 672 (*Despicite et dominum compuncto querite corde*) / Hild. *Cen. myst.* 620 (*Lactucae agrestes, humilis compunctio cordis*).

THLEPSIS *de Moysi inceptore Veteris Testamenti.*

Facta vetusta Dei Moyses, sermonis hebrei
auctor, dictavit primus thoratque vocavit.

Falsa superbiorum subvertit signa magorum, 205
virgam proiecit mox vivam pluraque fecit
ipsis mira magis, nolentem cedere plagis
submersit regem iussus populo dare legem,
taurum confregit divinaque iussa peregit.

NEOCOSMOS *de Matheo apostolo Novi Testamenti inceptore.*

De Christo nato mundoque per hunc renovato 210
primum Matheus scripsit librum, vir hebreus.

Artes cassasti magicas somnoque gravasti,

Levi, serpentes erexistique iacentes,

Ethiopas fuscis fecisti mente coruscis.

Horum conversus per te rex fonteque mersus 215

Christum cognovit simulacraque cuncta removit.

E BIBLIA SACRA VULGATA FONTES

205. cfr. **Ex 7, 11** (*vocavit autem Pharaos sapientes et maleficos et fecerunt etiam ipsi per incantationes aegyptias et arcana quaedam similiter*). **206.** cfr. **Ex 7, 9** (*cum dixerit vobis Pharaos ostendite signa [...] tolle virgam tuam et proice eam coram Pharaos ac vertatur in colubrum*). **208.** cfr. **Ex 14, 28** (*reversaeque sunt aquae et operuerunt cursus et equites cuncti exercitus Pharaonis qui sequentes ingressi fuerant mare ne unus quidem superfuit ex eis*) / **Ex 20, 21** (*dixit ad eum descende et contestare populum*) / **Ex 20, 2** segg. (*ego sum Dominus Deus tuus [...] non habebis deos alienos [...] memento ut diem sabbati santifices [...] honora patrem tuam et matrem tuam [...] non occides non moecharis non furtum facies non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium non concupisces domum proximi tui nec desiderabis uxorem eius*). **209.** cfr. **Ex 32, 20** (*arripiensque vitulum quem fecerant combusit et contrivit usque ad pulverem*) / **Ex 40, 14** (*fecitque Moses omnia quae praeceperat Dominus*). **211.** cfr. **Mt 9, 9** (*Iesus vidit hominem sedentem in teloneo Mattheum nomine*) / **ibidem 10, 3** (*Mattheus publicanus*). **213.** cfr. **Mc 2, 15** (*vidit Levin Alpei sedentem ad teloneum*) / **Lc 5, 27** (*vidit publicanum nomine Levi sedentem ad teloneum*).

Ecl. Theod. 137-140

*Raptus aquis Moyses magicas everterat artes,
omnis eum regio timuit circumflua Nilo;
eduxit cives, submersit fluctibus hostes,
Memphios exitium testatur adhuc mare rubrum.*

TLEPSI (*Mosè iniziatore dell'Antico Testamento*)

Mosè compose e scrisse per primo in lingua ebraica
i fatti antichi di Dio e ad essi diede il nome di "Thora".

Annullò i prodigi dei superbi maghi, 205
gettò il bastone e subito questo divenne un serpente vivo e fece molte altre cose
molto più meravigliose di queste stesse. Non volendo cedere alle piaghe,
fece annegare il re. Gli fu ordinato di dare una legge al popolo,
ruppe il vitello e portò a termine i comandi di Dio.

NEOCOSMO (*Matteo apostolo, iniziatore del Nuovo Testamento*)

Sulla nascita di Cristo e sul rinnovamento del mondo per mezzo di lui, 210
per primo scrisse un libro Matteo, di origine ebraica.

Hai reso vane le arti magiche, hai fatto addormentare,
o Levi, i serpenti e li hai fatti alzare da terra.

Hai reso splendenti nello spirito gli Etiopi, scuri nel volto.

Il loro re, convertito per mezzo tuo e immerso nell'acqua, 215
riconobbe Cristo e rimosse tutte le statue pagane.

LOCI PARALLELI

203. *facta vetusta*: cfr. Ven. Fort. *carm.* 3, 10, 2 (*Vincuntur rebus facta uetusta nouis*) / *ibidem* 7, 10, 10 (*Sic regis, ut reuoces facta uetusta nouis*). **205. *falsa...subvertit signa*:** cfr. Flod. *Ital.* 2, 6, 6-7 (*Artibus indigenas fere subuertisse profanis* / *Falsa per atracias monstrantes signa figuras*). **206. *virgam proiecit*:** cfr. Fulc. *nupt.* 2, 201-203 (*Dat Moyses, Moysi contra uox reddit ab igne: / "Proice quam portas uirgam"*. *Proiecit et ecce* / *Vertitur in colubrum*). **206. *mira magis*:** cfr. Hild. *Cen. ord.* 178 (*Mira magis miris succedunt, diraque diris*). **207. *cedere plagis*:** cfr. Marbod. *Macch.* 46 (*Vultque perire magis, quam uiuens cedere plagis*). **209. *iussa peregit*:** cfr. *Ecbasis* 819 (*Qui surgens currit, iuuenilia iussa peregit*) / Fulc. *nupt.* 3, 449 (*Explicat et legit, post lectum iussa peregit*). **212. *somnoque gravasti*:** cfr. Verg. *Aen.* 6, 520 (*Tum me confectum curis somnoque grauatum*) / Ov. *met.* 5, 658 (*Ipsa sit, hospitio recipit somnoque grauatum*) / Hrotsv. *prim.* 205 (*Non claudens oculos somno suadente grauatos*) / Eupol. *Bibl.* 1, 585 (*Leuita cunctis somnoque meroque grauatis*). **214. *Ethiopas*:** cfr. Poeta Saxo 685 (*Matheus Aethiopes niueos baptisate factos*) / Flod. *Palaest.* 1, 225-236 (*Aethiopum gentem, peccato et corpore nigram / Candorem nitidum docuisti sumere Christi*) / Metell. *Quirin.* 9, 15 (*Ad peruste proxima, qua candificat nigellos / Ethyopes Matheus*) / Ecl. *Theod.* 1 (*Aethiopum terras iam fervida torruit aestas*).

THLEPSIS *de Phinee fornicationem zelante.*

Omnicreatorem sanctum violando pudorem
plebs irritavit que per deserta meavit,
cumque vir impurus Zambri, iamiam periturus,
oppressit quandam, populo cernente, nefandam,
ambos antiquus presul Phinees, nec iniquus
vindex offense Domini, transverberat ense.
Vivere nitantur caste per quos sacra dantur.

220

NEOCOSMOS *de Luca evangelista castitatem inter impudicos servante.*

In Veneris cultum proclivis Achaia multum
stupra frequentavit sacramque fidem violavit,
turpia sectando veteresque vias iterando;
in qua tunc, Luca, contempnens mente caduca
celebs vixisti, te mortificans cruce Christi
et dans dogma bonum per collatum tibi donum,
ut vivat pure cui sunt celestia cure.

225

230

E BIBLIA SACRA VULGATA FONTES

Didascalica. cfr. **Nm 25, 13** (*quia zelatus est [sc. Finees] pro Deo suo et expiavit scelus filiorum Israhel*). **217-218.** cfr. **Nm 25, 1-3** (*et fornicatus est populus cum filiabus Moab quae vocaverunt eos ad sacrificia sua at illi comederunt et adoraverunt deos earum et initiatusque est Israhel Beelphegor et iratus Dominus*). **219.** cfr. **Nm 25, 14** (*erat autem nomen viri israhelitae qui occisus est cum Madianitide Zambri filius Salu de cognatione et tribu Symeonis*). **220.** cfr. **Nm 25, 15** (*porro mulier madianitis quae pariter interfecta est vocabatur Chozbi filia Sur principis nobilissimi Madianitarum*) / **Nm 25, 6** (*et ecce unus de filiis Israhel intravit coram fratribus suis ad scortum madianitin vidente Mose et omni turba filiorum Israhel*). **221-222.** cfr. **Nm 25, 7** (*quod cum vidisset Finees filius Eleazari filii Aaron sacerdotis surrexit de medio multitudinis et arrepto pugione ingressus est post virum israhelitem in lupanar et perfodit ambos simul virum scilicet et mulierem in locis genitalibus*). **224-226.** cfr. **Act 17, 16** (*Paulus autem cum Athenis eos expectaret incitabatur spiritus eius in ipso videns idolatriae deditam civitatem*). **228.** cfr. **Lc 14, 27** (*et qui non baiulat crucem suam et venit post me non potest esse meus discipulus*). **229.** cfr. **II Cor 8, 18** (*fratrem [sc. Lucam] cuius laus est in evangelio per omnes ecclesias*).

TLEPSI (*Finees che arde di collera per la fornicazione*)

Il popolo che camminava nel deserto suscitò

l'ira del Creatore, violando la santa castità.

E quando Zimri, un uomo impuro che sarebbe subito morto,

saltò addosso ad una donna immonda, sotto gli occhi del popolo, 220

il vecchio sacerdote Finea, giusto vendicatore dell'offesa

fatta al Signore, trafigge con la spada entrambi.

Si sforzino di vivere castamente quelli che somministrano i sacramenti.

NEOCOSMO (*l'evangelista Luca conserva la castità in mezzo a gente impudica*)

La Grecia, molto incline al culto di Venere,

ripeteva con frequenza gli stupri e violò la fede sacra, 225

seguendo cose turpi e rinnovando le antiche abitudini;

In mezzo ad essa allora, o Luca, disprezzando nell'animo le cose caduche,

sei vissuto in castità, mortificando te stesso per la croce di Cristo

e dando un buon insegnamento attraverso il dono che ti fu affidato.

Che viva in modo puro colui che si occupa delle cose del cielo. 230

LOCI PARALLELI

217. sanctum violando pudorem: cfr. Verg. *app. dirae* 156-157 (*Ausus ego primus castos uiolare pudores, / Sacratamque meae uittam temptare puellae*) / Fulc. *nupt.* 6, 119 (*Ferte, poli, rorem sed non uiolate pudorem*) / *Aegritudo Perdiccae* 218 (*Vincere non poteris sanctum, scelerate, Pudorem*). **218. per deserta meauit:** cfr. Amarc. 1, 563 (*Manna patres uestri, cum per deserta mearent*) / Warner. *synod.* 152 (*Per loca deserta meat altaque cernit aperta*). **219. Zambri:** cfr. Milo *sobr.* 1, 457-458 (*Zelo ardente perit Zambri seu filia Cozbi, / Quo merito Finees fit heres pontificatus*) / Petr. Riga, *Aurora recap.* 219 (*Cum Zambri scortum Phinees ferit*). **221. Phinees:** Hild. Cen. *Machab.* 440 (*De Phinees nostis, quia luxuriae fuit hostis*). **222. transuerberat ense:** cfr. Sil. 15, 806 (*Feruentemque ira mortis transuerberat ense*) / Aldh. *carm.* 4, 6, 23 (*Sanguine rorantem rigido transuerberat ense*). **225. fidem violauit:** cfr. Warner. *synod.* 534 (*Fraude uirum strauit stultusque fidem uiolauit*). **227. contempnens...caduca:** cfr. Amarc. 3, 563 (*Quem si tu reperire cupis, contempne caduca*).

THLEPSIS *de asina loquente.*

Munere cecatus Balaam casumque paratus
iudaice genti maledicto ferre petenti
non peragit velle, quia, voce loquentis aselle
correptus clare, descendit, dumque micare
mucronem strictum videt, angelicum timet ictum. 235
Mox humilis factus veniam rogat atque coactus
dampnat Amorreum populumque salutatur hebreum.

NEOCOSMOS *de ove loquente.*

Alme Severine, gentis tutela latine,
iam dudum brutos et raro recta locutos
fac nos prudentes, fac nos orando loquentes. 240
Nam tua creverunt, que primitus ampla fuerunt,
signa per utentem discreta voce bidentem,
quando sermonem direxit ad opilionem:
“Me cui liquisti?”, cum trans vada, pastor, abisti.

E BIBLIA SACRA VULGATA FONTES

231. cfr. **Nm 22, 16-17** (*sic dicit Balac filius Sepphor ne cuncteris venire ad me paratum honorare te et quicquid volueris dare*). **232.** cfr. **Nm 22, 2-3** (*videns autem Balac [...] quod [...] impetum eius [sc. Israhel] ferre non possent*) / **Nm 22, 6** (*veni igitur et maledic populo huic quia fortior me est*). **233-234.** cfr. **Nm 22, 28** (*aperuitque Dominus os asinae et locuta est quid feci tibi cur percutis me*). **234-236.** cfr. **Nm 22, 31** (*protinus aperuit Dominus oculos Balaam et vidit angelum stantem in via evaginato gladio adoravitque eum pronus in terram*). **236.** cfr. **Nm 22, 34** (*dixit Balaam peccavi nesciens quod tu stares contra me et nunc si displicet tibi ut vadam revertar*). **237.** cfr. **Nm 23, 11** (*dixitque Balac ad Balaam quid est hoc quod agis ut malediceres inimicis vocavi te et tu e contrario benedicis eis*). **231-237.** cfr. **II Pt 2, 15** (*derelinquentes rectam viam erraverunt secuti viam Balaam ex Bosor qui mercedem iniquitatis amavit correptionem vero habuit suae vesaniae subiugale mutum in hominis voce loquens prohibuit prophetiae insipientiam*). **244.** cfr. **Mc 15, 34** (*ut quid dereliquisti me*).

Ecl. Theod. 161-164

*Offensus Balaam calcaribus urget asellam;
Angelus occurrit, pecudem qui stare coegit.
Res horrenda nimis! Laxatur vox animalis,
quae consuevit homo producere verba, loquendo.*

TLEPSI (*l'asina parlante*)

Accecato dalla ricompensa e pronto a condurre alla rovina
il popolo ebreo con una maledizione, Balaam non porta a compimento
il volere di chi glielo chiedeva, poiché, rimproverato chiaramente
dalla voce dell'asina parlante, scende dalla groppa, e, mentre vede risplendere
la spada sguainata, teme il colpo dell'angelo. 235
Subito si prostra a terra e chiede perdono. Si vede costretto
a condannare gli Amorrei e rende omaggio al popolo ebreo.

NEOCOSMO (*la pecora palante*)

O Severino venerando, protettore del popolo latino,
noi ormai siamo come animali e raramente abbiamo parlato rettamente, 240
ma tu rendici saggi, fa' che noi parliamo come se pregassimo.
Infatti i segni da te compiuti, che già in precedenza furono grandi, si sono accresciuti
grazie ad una pecora che ha utilizzato la voce umana con chiarezza,
nel momento in cui rivolse la sua parola al pastore:
“A chi mi hai lasciato?”, quando, o pastore, te ne sei andato al di là del guado.

LOCI PARALLELI

231. Balaam: cfr. Milo *sobr.* 1, 763-764 (*Insanum uatem, cui doctior obstat asella / humana stolidum castigans uoce Balaam*) / Petr. Riga *Aurora recap.* 209-214 (*Conductus Balaam fuit, ut maledicat Hebraeis, / Sed maledicta magi sunt benedicta magis. / Insidet hic asinae; mutum loquitur pecus; ensem / Non uidet angelicum sessor; asella uidet. / Muta prius plebs gentilis, loquitur modo laudes, / Christe, tuas: istud signat asella loquens*). **234-235. micare / mucronem:** cfr. Milo *sobr.* 1 538 (*Aedibus ense micans rutilo, mucrone coruscans*). **235. mucronem strictum:** cfr. Warner. *synod.* 441-442 (*Hunc unus dire gentis mucrone ferire / Cum uellet stricto*). **238. gentis tutela:** cfr. Sen. *epigram.* 32, 1 (*Mars pater et nostrae gentis tutela Quirine*). **242. discreta uoce:** cfr. Paul. Nol. *carm. app.* 3, 43 (*Unum discretis referunt tibi uocibus hymnum*). **242. bidentem:** cfr. Verg. *Aen.* 12, 170 (*Saetigeri fetum suis intonsamque bidentem*). **244. abisti:** cfr. Ov. *epist.* 2, 99 (*Exspectem, qui me numquam uisurus abisti?*) / Judas 2, 459 (*Vox oris Christi sonat hec “A me quid abisti?”*).

THLEPSI *de adversarii Moysi celesti igne consumptis.*
 Contradicentes Moysi fatuosque sequentes 245
 Dathan atque Chore tellus absorbit ore
 et discordantes, incassum sacrificantes,
 Omnipotens digne celesti perdidit igne,
 turbis credentum tribuens magnum documentum,
 ne quasi peiorem spernat mens ulla priorem, 250
 nam nichil est munus quod non offert amor unus.

NEOCOSMOS *de inimicis Iuliani martyris celesti flamma combustis.*
 Mille sacerdotes tumidos vorat atque nepotes
 os terre scisse, precibus sponsi Basilisse.
 Plebs paganorum, casum comitata malorum,
 incidit infernis, nolens propriare supernis, 255
 et quam terra vorat plebs igne cremata vaporat.
 Res monet hec ne quis detractet legibus equis;
 penis iure datur qui sanctos non veneratur.

E BIBLIA SACRA VULGATA FONTES

245-246. cfr. **Nm 16, 1-2** (*ecce autem Core [...] et Dathan [...] surrexerunt contra Mosen aliique filiorum Israhel ducenti quinquaginta viri proceres synagogae et qui tempore consilii per nomina vocabantur*). **246.** cfr. **Nm 16, 31-33** (*disrupta est terra sub pedibus eorum et aperiens os suum devoravit illos cum tabernaculis suis et universa substantia descenderuntque vivi in infernum operti humo et perierunt de medio multitudinis*). **247.** cfr. **Nm 16, 6-7** (*tollat unusquisque turibula sua [...] et hausto cras igne ponite desuper thymiam coram Domino et quemcumque elegerit ipse erit sanctus*). **248.** cfr. **Nm 16, 35** (*sed et ignis egressus a Domino interfecit ducentos quinquaginta viros qui offerebant incensum*). **250.** cfr. **Nm 16, 10-11** (*idcirco ad se fecit [sc. Dominus] accedere te et omnes fratres tuos filios Levi ut vobis etiam sacerdotium vindicetis et omnis globus tuus stet contra Dominum quid est enim Aaron ut murmuretis contra eum*) / **Hbr 5, 4** (*nec quisquam sumit sibi honorem sed qui vocatur a Deo tamquam Aaron*).

Ecl. Theod. 153-156

*Fata Chorae miseri parere monent meliori:
 accipit infernus, quem devorat arida tellus;
 sed Deus occulte Moysen sepeliverat ipse
 nec cuiquam hominum dedit indagare sepulchrum.*

TLEPSI (*gli avversari di Mosè divorati dal fuoco celeste*)
 Quelli che contraddicevano Mosè e che seguivano gli sciocchi 245
 Dathan e Core, la terra li inghiottì con la sua bocca,
 quelli che si opponevano e che sacrificavano inutilmente,
 l'Onnipotente giustamente li mandò in rovina col fuoco celeste,
 dando alle turbe dei credenti un grande ammonimento:
 nessuno nel suo cuore disprezzi chi viene prima come se fosse il peggiore. 250
 Infatti non c'è alcuna onorificenza al di fuori di quella che l'unico amore concede.

NEOCOSMO (*i nemici del martire Giuliano bruciati dalla fiamma celeste*)
 Mille sacerdoti superbi e i loro nipoti li divora
 la bocca della terra squarciata per le preghiere dello sposo di Basilissa.
 Il popolo dei pagani, che ha seguito la caduta dei malvagi,
 precipita negli inferi, poiché non vuole avvicinarsi alle cose del cielo 255
 e il popolo che la terra divora, incenerito dal fuoco, fa alzare la polvere.
 Questo fatto insegna che nessuno si deve opporre alle giuste leggi;
 giustamente vengono date delle punizioni a chi non venera i santi.

LOCI PARALLELI

246. Dathan atque Chore: cfr. Petr. Riga *Aurora recap.* 203-206 (*Uti thuribus Abyron Dathan et Chore tentant / Contra iussa Dei, schismaticosque notant. / Sed sicut tellus tales absorbit offas, / Sic et schismaticos puniet ira Dei*). **246. tellus absorbit ore:** cfr. Lucan. 3, 261 (*At Tigrim subito tellus absorbet hiatu*). **248. celesti...igne:** cfr. Lucr. 6, 395 (*Turbine caelesti subito correptus et igni?*) / Flod. *Palaest.* 2, 882 (*Coelesti, meritis agitantibus, igne perustos*) / Petr. Pict. 14, 220 (*Supplicii dignis celestis torruit ignis*). **249. magnum documentum:** cfr. Hor. *sat.* 1, 4, 110 (*Baius inops? magnum documentum ne patriam rem*). **251. amor unus:** cfr. Verg. *Aen.* 9, 182 (*His amor unus erat pariterque in bella ruebant*) / Regin. *Cant. carm.* 14, 31 (*Quos fidei munus et quos amor alligat unus*) / Marbod. *carm.* 2, 31, 20 (*Sufficit ad munus, si nos amor alliget unus*). **252. atque nepotes:** cfr. Fulc. *nupt.* 7, 870 (*Tu qui cuncta potes, super hos, super atque nepotes*). **255. infernis...supernis:** cfr. Fulc. *nupt.* 7, 400 (*Et ferat infernis quem contulit ante supernis*) / Hild. *Cen. Mahum.* 3, 43 (*Quae fuit infernis uicina, remota supernis*). **256. vaporat:** cfr. Lucan. 5, 100 (*Undat apex, Campana fremens ceu saxa uaporat*) / Drac. *laud. Dei* 1, 24 (*Ignem creata fouet; nam totum flamma uaporat*) / Judas 3, 62 (*Semper quando uorat reprobos, sic ignem uaporat*).

THLEPSIS *de legatis Iosue a Raab meretrice absconditis.*

Fortes legati Iosue, terram speculati,
arte meretricis subtracti sunt inimicis, 260
quos quia dilexit lino cautissima textit.

Dum devastatur gladiis urbs dumque crematur,
non focus aut cedes Raab veniebat ad edes,
cuius solamen pendeat ibi, medicamen
presignans nostrum Christo, qui, credimus ostrum. 265

NEOCOSMOS *de ministris Iesu ab Afra occultatis.*

Iesu legatos, iam per loca multa fugatos
Arabie gentis fabrilia fana colentis,
occultit arte vafra lini sub fascibus Afra.
Idolatre Rethi subeunt discrimina leti;
omnibus in vicis flagrat error, sed meretricis 270
cuncta reservantur bona, cuius facta piantur,
nec caret hec ostro pro principe mortua nostro.

E BIBLIA SACRA VULGATA FONTES

259. cfr. **Ios 2, 1** (*misit ergo Iosue filius Nun de Setthim duos viros exploratores abscondito et dixit eis ite et considerate terram urbemque Hiericho*). **260.** cfr **Ios 2, 4** (*tollensque mulier viros abscondit*). **261.** cfr. **Ios 2, 1** (*ingressi sunt domum mulieris meretricis nomine Raab et quieverunt apud eam*) / **Ios 2, 6** (*ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domus suae operuitque eos lini stipula quae ibi erat*). **262.** cfr. **Ios 6, 21** (*ceperuntque civitatem et interfecerunt omnia quae erant in ea a viro usque ad mulierem ab infante usque ad senem boves quoque et oves et asinos in ore gladii percusserunt*). **263.** cfr. **Ios 6, 17** (*sola Raab meretrix vivat cum universis qui cum ea in domo sunt*) / **Ios 6, 25** (*Raab vero meretricem et domum patris eius atque omnia quae habebat fecit Iosue vivere*). **264.** cfr. **Ios 2, 15** (*dimisit ergo eos per fune de fenestra*) / **Ios 2, 18** (*signum fuerit funiculus iste coccineus et ligaveris eum in fenestra*) / **Ios 2, 21** (*adpendit funiculum coccineum in fenestra*) / **Hbr 11, 31** (*fide Raab meretrix non perit cum incredulis excipiens exploratores cum pace*) / **Iac 2, 25** (*similiter autem et Raab meretrix nonne ex operibus iustificata est suscipiens nuntios et alia via eiciens?*).

TLEPSI (*le spie di Giosuè nascosti dalla meretrice Raab*)

Le valorose spie di Giosuè, mentre esploravano il territorio (di Gerico),
furono sottratti ai nemici dall'abilità di una meretrice, 260
la quale, poiché li amò, li coprì nascondendoli con molta scaltrezza sotto teli di lino.
Mentre la città è devastata dalle spade ed è data alle fiamme,
né fuoco, né strage raggiunsero la casa di Raab,
la cui salvezza pendeva da lì, preannunciando la nostra
redenzione in Cristo che crediamo sia simboleggiata dal colore rosso. 265

NEOCOSMO (*i ministri di Gesù nascosti da Afra*)

I ministri di Gesù, costretti in fuga ormai per molti luoghi,
furono nascosti abilmente sotto fasci di lino dalla scaltra Afra, una donna
della stirpe degli Arabi, il popolo che onora i templi pagani opera dell'uomo.
I Rezi, idolatri, li sottopongono ai pericoli della morte;
in tutti i villaggi divampa la follia, ma tutti i beni 270
della meretrice sono risparmiati, le sue turpi azioni sono espiate.
Costei non è priva della redenzione, poiché è morta per il nostro Signore.

LOCI PARALLELI

262. devastatur...urbs: cfr. *Ecl. Theod.* 178-179 (*Sternit mille uiros, deuastat uulpibus agros / Urbis claustra tulit*) / *Flod. Palaest.* 2, 158 (*Omnem deuastans urbem, uiuentia sternens*). **262. urbs...crematur:** cfr. *Prud. cath.* 7, 135 (*Vrbemque flamma mox cremabit, credite!*). **263. Raab:** cfr. *Prud. ditt.* 61-64 (*Procubuit Iericho, sola stant atria Raab. / Hospita sanctorum meretrix (tanta est fidei uis) / Incolumi securo domo spectabile coccum / Ignibus aduersis in signum sanguinis offert*) / *Amarc.* 3, 873-875 (*Prauorum e manibus rapiat conamine summo / Quemque bonum, ut Raab quae lini fascibus abdens / Legatos meruit celebrari laude perenni*) / *Petr. Riga Aurora recap.* 227-230 (*Funis coccineus pendens haerensque fenestrae / Seruat ab hoste Raab resque genusque suum. / Nos seruat roseus fusus cruor in cruce Christi / Cuspide costa patens ista fenestra fuit*). **264. solamen...medicamen:** cfr. *Froum.* 43, 155 (*Primum solamen tibi profer uel medicamen*) / *Hild. Cen. carm. misc.* 63, 150-151 (*Tu solamen in labore, / Medicamen in languore*). **267. gentis...colentis:** cfr. *Othlo doct.* 1647 (*Idolatrias gentes, hoc est simulacra colentes*) / *Amarc.* 3, 710 (*In conuertendo gentes simulacra colentes*) / *Marbod. Mauric.* 188 (*Sacrilegam gentem, quae nescio sacra colentem*) **268. arte vafra:** cfr. *Mart.* 12, 66, 3 (*Arte sed emptorem uafra corrupis, Amoene*). **270. omnibus in vicis:** cfr. *Amarc.* 2, 426 (*Omnibus ex uicis populi currunt plateisque*). **271. principe...nostro:** cfr. *Ov. Pont.* 3, 6, 23 (*Principe nec nostro deus est moderatior ullus*) / *Hild. Cen. carm. misc.* 66, 149 (*Principe sed nostro non est moderatior ullus*).

THLEPSIS *de sole imperio Iosue stante.*

Descendit lente sol, nescio quo retinente,
ne peragat cursum, Josue sunt tempora rursum,
qui fidens soli dixit: “Descendere noli, 275
donec, prostratis inimicis atque fugatis,
me videas letum post bella reducere cetum”.
Sol, parens dictis, non descendit nisi victis
hostibus. Hoc novit Gabaon quam plebs pia fovit.

NEOCOSMOS *de soli iussu Mucii confessoris stante.*

Signa reducta fidem firmant sanctis data pridem, 280
nam spoliis gaudens, quevis mala Mucius audens,
est bene mutatus post magnos latro reatus.
Egros sanavit, prece defunctos revocavit,
vespere vicino sacer iste vir, ore supino:
“Sol” inquit “stato, redeam dum, vivificato 285
funere”. Sol stabat, donec sanctus repedabat.

E BIBLIA SACRA VULGATA FONTES

275. cfr. **Ios 10, 12** (*dixitque [sc. Iosue] coram eis sol contra Gabaon ne movearis*). **276-278.** cfr. **Ios 10, 13** (*steteruntque sol et luna donec ulcisceretur se gens de inimicis suis*). **277.** cfr. **Ios 10, 15** (*reversusque est Iosue cum omni Israhel in castra Galgalae*). **279.** cfr. **Ios 10, 6** (*ne retrahas [sc. habitatores Gabaon] manus tuas ab auxilio servorum tuorum ascende cito et libera nos ferque praesidium*).

Ecl. Theod. 169-172

*Victrici populo ne quondam vivida bello
deficeret virtus Gabaon ad proelia, Phoebus
imperio Iosuae stabat defixus in arce:
quae sanctae fidei sint praemia, discite cuncti.*

TLEPSI (*il sole si sta fermo al comando di Giosuè*)

Il sole scende lentamente, non so chi ad esso impedisca
di compiere il suo corso. Il tempo di Giosuè torna indietro,
egli che con fiducia disse al sole: “Non calare, 275
finché, prostrati e messi in fuga i nemici,
tu non mi veda, felice, radunare, dopo la battaglia, il mio popolo”.
Il sole, obbedendo alle sue parole, non discese, se non dopo che furono vinti
i nemici. Queste cose sperimentò Gabaon, città che fu aiutata dal popolo santo (di Israele).

NEOCOSMO (*il sole si sta fermo al comando di Muzio confessore*)

Le prove, date ai santi in un primo tempo, se riconsiderate, rafforzano la fede: 280
infatti, Muzio, che si compiacceva di rubare e che osava compiere qualsivoglia malvagità,
dopo aver compiuto, da ladro, grandi reati, ebbe una bella conversione.
Guarì i malati e richiamò in vita con la preghiera i defunti.
Approssimandosi la sera, questo santo uomo, con lo sguardo rivolto verso l’alto:
“O sole” disse “resta fermo, finché io non ritorni, dopo aver ridato la vita 285
ad un morto”. Il sole stette fermo, finché il santo non ritornò.

LOCI PARALLELI

274. ne peragat cursum: cfr. Hild. Cen. Vinc. 84 (*Ut peragat cursum surgunt ad uerbera rursum*). **274. tempora rursum:** cfr. Hild. Cen. ord.62 (*Inque suum cursum uoluebat tempora rursum*). **275. fidens soli:** cfr. Fulc. nupt. 2, 429 (*Fide Deo soli, multis confidere noli*). **277. me videas:** cfr. Ov. epist. 21, 223 (*Si me nunc uideas, uisam prius esse negabis*) / Ov. Pont. 1, 4, 5 (*Nec, si me subito uideas, agnoscere possis*) / Ysengrimus 5, 289 (*Nescio, post ubi me uideas, dirimamur amici!*). **278. parens dictis:** cfr. Marbod. carm. 1, 49, 163 (*Ruth parens dictis, pueris hinc inde relictis*). **279. Gabaon:** cfr. Sedul. carm. pasch. 1, 163-168 (*Sol stetit ad Gabaon mediique cacumine caeli / Fixit anhelantem dilato uespere lucem, / Insolitus frenare diem, nec luna cucurrit / Ordine pigra suo, donec populantibus armis / Feruidus ingentem gladius consumeret hostem / Coniurante polo*) / Eupol. Bibl. 2, 86-88 (*Letabatur, ibi Gabaon populosa suaque / Eternum famosa fide, mirabile dictu, / Sole morante dies extenditur*). **279. plebs pia:** cfr. Ov. Trist. 4, 2, 15 (*Plebs pia cumque pia laetetur plebe senatus*) / Odo Clun. occup. 4, 98 (*Plebs pia quo toleret reprobos perduret et insons*). **280. data pridem:** cfr. Judas 2, 398 (*Tollentes clamidem data que fuerat sibi pridem*) / Bern. Clun. octo vit.859 (*Si tria dicis idem sunt ut multis data pridem*). **281. spoliis gaudens:** cfr. Fulc. nupt. 3, 188 (*Nam cum de bello spoliis gaudento redirent*). **283. defunctos...revocavit:** cfr. Hild. Cen. ord. 247 (*Lepras curando, defunctos huc reuocando*). **284. ore supino:** cfr. Stat. Theb. 6, 533 (*Ferre manu sola spumantemque ore supino*) / Ecl. Theod. 111 (*Ille reuersus eo truncum rigat ore supino*).

THLEPSIS *de Azaria et sociis eius non lesis in camino.*

Concordes mentes, sancto fervore calentes,
sunt Domino care, solito tales habitare,
quod tunc monstravit, cum presens clarificavit
numine tres trino Deus in flagrante camino. 290
Ut rex precepit, fornax succensa recepit
tres iuvenes iustos, reddens illos inadustos,
quos tutabatur qui fons et meta vocatur.

NEOCOSMOS *de Alexandro papa et sociis eius in furno non leso.*

Omnia te laudent, Iesu, quo principe gaudent,
qui te credentes servas et in igne manentes. 295
Furnus vesani succenditur Aureliani,
et presul quintus post Petrum mittitur intus
cum sociis binis; res est hec nota Latinis.
Hi tres gaudebant in flammis teque canebant,
Christe, Deum verum, per quem stat machina rerum. 300

E BIBLIA SACRA VULGATA FONTES

287. cfr. **Dn 3, 51** (*tunc tres quasi ex uno ore laudabant et glorificabant et benedicebant Deo*). **289.** cfr. **Dn 3, 49** (*angelus autem descendit cum Azaria et sociis eius in fornacem*). **290.** cfr. **Dn 3, 15** (*mittemini in fornacem ignis ardentem*). **291.** cfr. **Dn 3, 19-20; 22** (*et praecepit [sc. Nabuchodonosor] ut succenderetur fornax [...] et viris fortissimis de exercitu suo iussit ut ligatis pedibus [...] nam iussio regis urgebat fornax autem succensa erat nimis*). **292.** cfr. **Dn 3, 50** (*et non tetigit eos omnino ignis neque contristavit nec quicquam molestiae intulit*) / **Dn 3, 94** (*et iudices et potentes regis contemplabantur viros illos quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum et capillus capitis eorum non esset adustus et sarabara eorum non fuissent inmutata et odor ignis non transisset per eos*). **293.** cfr. **Gv 4, 14** (*sed aqua quam dabo ei fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam*) / **Gv 7, 37** (*si quis sitis veniat ad me et bibat qui credit in me*) / **Apc 21, 6** (*ego sum α et ω principium et finis ego sitienti dabo de fonte aquae vivae gratis*).

TLEPSI (*Azaria e i suoi compagni rimasti incolumi dentro la fornace*)
 Gli animi concordi, ardenti di santo fervore,
 sono cari al Signore, che è solito abitare in essi.
 Cosa che Dio dimostrò allora, quando, con la sua presenza, glorificò
 nella sua triplice divinità, tre giovani nella fornace ardente. 290
 Secondo il comando del re, la fornace accesa ricevette
 tre giovani giusti, riconsegnandoli intatti dal fuoco;
 li proteggeva colui che è chiamato “principio” e “fine”.

NEOCOSMO (*il papa Alessandro illeso con i suoi compagni nel forno*)
 Tutte le cose lodino te, Gesù, e si rallegrano della tua signoria.
 Tu che salvi coloro che credono in te, anche quando stanno in mezzo al fuoco. 295
 Viene acceso il forno del folle Aureliano
 e il quinto presule dopo Pietro viene messo dentro di esso,
 insieme a due compagni; il fatto è noto ai Latini.
 Questi tre gioivano tra le fiamme e innalzavano canti a te,
 Cristo Dio vero, grazie al quale sta in piedi l’edificio delle cose del mondo. 300

LOCI PARALLELI

287. fervore calentes: cfr. Walahfr. *Wett. visio* 876 (*Sed Christi feruore calens mercede sodales*) / Milo *sobr.* 1, 281 (*Heliam referam zeli feruore calentem*). **289. clarificavit:** cfr. Flod. *Ital.* 14, 114, 1 (*Addit clarificare Deus se clarificantem*) / Hild. *Cen. myst.* 303 (*Ante crucem Christus rogat, et se clarificari*) / Metell. *ecl.* 7, 6 (*Tu laudes dignare tuas ita clarificare*). **290. tres trino:** cfr. Marbod. *carm.* 1, 4, 4 (*Unus Deus, tres personae, trinum nomen, unum esse*) / Hild. *Cen. carm. misc.* 72, 3 (*Tres Dominum trino trinum dono uenerantur*). **290. flagrante camino:** cfr. Ambr. *tern. num.* 6 (*Tres pueri cecinere deum flagrante camino*) / Sedul. *carm. pasch.* 1, 234-235 (*flagrante camino / Seruauit sub rore pios*). **293. fons et meta:** cfr. Amarc. *Sermones* 3, 261 (*Cum quem nos colimus, qui fons est metaque rerum*). **298. sociis binis:** cfr. Hrotsv. *gest.* 544 (*Tantum cum sociis regina piissima binis*). **300. machina rerum:** cfr. Hild. *Cen. inv. cruc.* 48 (*Esse Deum uerum cui seruit machina rerum*) / Petr. *Pictor carm.* 2, prolog. 32 (*Hunc panem uerum quo uiuit machina rerum*).